


Liber
Genesis-Numero-Deuteronomio-judicum
Ruth.

GEN. NUM
RU

+ 199

aptam hystorie fidē. allegoriando n̄ deserat. Qđ aūt post
creationē celi ⁊ t̄re adiungit. Terra aūt erat inanis ⁊ ua
cua. Innuit qđ celū de q° nichil tale dix. n̄ fuit creatum
uacuū. s; potꝰ angelicis plenū agminib;. Q° i principio
cū celo ⁊ t̄ra ꝯdidit. ad laudē sui ipē ꝯditor ostendit. q
ad beatū iob dic̄. Ubi eras cū me laudarent astra matu
tina. scilicet angli. q̄s appellat matutina astra. ad distinc
tionē scōꝝ hoīum. q̄ post modū erant creandi ⁊ uelut as
tra uesp̄tina p ꝯfessionē diuine laudationis post nortē
carnis occasuri. Celū q° q̄ qđ d̄s i principio creauit. n̄ est illud
celū in q° stelle fixe sunt. ⁊ sup qđ aque s̄. de q° postea
dicet. qđ d̄s fec̄ firmamtum in medio aquaꝝ ...
aquas q̄ erant sub firmamto. ab his q̄ erant sup ...
tum. Uocauitq; d̄s firmamtū celū. i. potꝰ ē supiꝰ celū qđ ab
omi uolubili statu huiꝰ mundi secretū diuine glē p̄sentia
manet semp q̄etum. Cuiꝰ celi creationē. ideo tam breuit̄
describit moyses. q̄a de mundo hoc in q° homo factus ē ad
instructionē generis humani sermonē facere i stituerat. suf
ficere credens. si omem creaturā sp̄ualē ⁊ inuisibilē statum
atq; ornatū uno celi noīe. qđ in principio factū dix ꝯphendēt
q° corporabilē uisibilē creaturā ex ordine descⁱberet. idem ei

pretermissis que altiori inquisitione indigerent. illa potius que erant a
deo precepta siue promissa hominibus cogitanda proponeret. Unde et con
sulte de casu preuaricatoris angeli sociorumque eius penitus reticuit. quia
hoc nimirum ad statum inuisibilis illius ac spiritalis creature pertinet.
In hoc ergo celo nec tenebris. nec abysso locus esse dicitur. ubi dominus qui est eter
na lux inhabitare dicitur. Terra autem dicitur inanis idest inuisibi
lis sicut inanis res et uacua. cum adhuc idem inmensa profunditate
tegeretur aquarum. Et tenebre erant super faciem abyssi. cum nec dum
esset lux que fugaret eas. Bene autem cum deum in principio idest in fi
lio fecisse celum et terram prediceret. etiam sancti spiritus intulit mentionem
addendo. Et spiritus dei ferebatur super aquas. ut uidelicet totius simul
trinitatis in creatione mundi uirtutem cooperatam esse significaret.
Dixitque deus. Fiat lux. Et facta est lux. Et pulchre conuenit operibus
dei. ut mundi ornatum a luce inciperet. cum ipse sit lux uera lucemque
habitet inaccessibilem. cuius beatissima uisione creati in celis celorum
angeli. iam perfrui ceperant. Et congrue huic seculo ornando. primam
materiam lucis donauit. ut esset unde cetera que crearet appare
rent. Hec autem lux que mundum primum illuminauit. non fuit
a sole. sed potius solo nutu dei. Et quia factum est uespere et mane di
es unus. credendum est illa lux more solis et uespere occidisse. et rur
sus ortu suo mane fecisse. Quod autem deus dixit. ut lux fieret. uel alia

intelligendum est, quod per verbum suum, id est per filium suum, in ipso omnia fecerit. Unde Iohannes dicit: In principio erat verbum, et verbum erat apud deum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nichil. Si autem queritur in quibus locis iubente deo facta sit lux, cum adhuc abyssus totam terram tegeret, patet profecto quia in superioribus eiusdem terre partibus quas nunc sol illustrat emicuit illa principalis lux. Et vidit deus lucem quod esset bona, non quod ignotam bonam eam cognoverit, sed quod bonam et laudabilem hominibus eam declaravit. Et quia non totas mundi tenebras luce infusa depulit, sed partem illius magne caliginis illustrat, partem autem dimisit, adiungit: Et divisit deus lucem a tenebris, scilicet et qualitatis et locorum distantia, lucem collocans in superioribus, tenebras dimittens remanere in inferioribus. Appellavitque, id est appellari fecit, lucem diem et tenebras noctem, quia sic distinxit et ordinavit omnia ut ab omnibus hominibus possint discerni et ab omnibus linguis sortiri nomina. Factumque est vespere, occidente paulatim illa luce post expletum spacium diurne longitudinis et inferiores partes mundi subeunte, sicut sol mundo solet facere, et paulatim ipsa luce superiores terras redeunte factum est mane, scilicet dies unus plenus usque ad sequentem vesperam. Hoc enim cogit nos littera intelligere, que dicit: Factum est vespere et mane dies unus. Nam si lux illa facto vespere paulatim tota

pisset. et rursum mane luxisset. n̄ diceret scriptura in mane sequen
tis diei unum diē factum. sed pocius precedenti uespera. Unde nunc
magis uesperam et mane quam noctem et diem facta dicere. maluit ut insinuaret. tr̄ a primordio lucis actum esse circuitum. quod nunc cccircu
tu solis die noctuque geri constat. preter hoc solummodo quod post creata sydera. nox quoque est sua luce scilicet luce lune et stellarum illuminata. cum prius illud diuum fuisset prorsus obscura.

Dixitque deus. Fiat firmamentum in medio aquarum. et diuidat aquas
ab aquis. Hic describitur racio nostri celi. in quo fixa sunt sydera quod est
in medio aquarum. que sunt super se. et que sunt infra se. Sed sciendum est. quod cum audimus. dixit deus. Fiat firmamentum in medio aquarum.
et diuidat aquas ab aquis. debemus intelligere. quod in uerbo dei erat ut fieret. in quo faciendum ante omne tempus preuidit. quicquid quod foras ex tempore deus fecit. Et fecit deus firmamentum. diuisitque aquas
que erant sub firmamento. ab his que erant super firmamentum.
Quod si quem mouet. quomodo aque quarum natura ita super fluctuare. et ad
ima delabi super celum consistere possunt. meminerint quod ita potest
deus aquas super firmamentum tenere sicut pluuiales aquas tenet in
nubibus et aere. quas insimul uidemus de nubibus erumpere. meminerint eciam molem terre in aere pendere. Cum uero post diuisionem
aquarum firmamento interposita adiungitur. et factum est ita. cogi

mur intelligere aquarumq; creationem. hac dispositione non excessisse. perscriptos est in uerbo dei terminos. iuxta illud psalmiste. preceptum posuit et non preteribit. Quod eque de creaturis que sequentibus quatuor diebus facte sunt intelligendum est. Quod uero dicitur. et uidit deus quod esset bonum. debemus intelligere. non quasi cognitum post ea quod factum est placuisse. sed potius in ea bonitate placuit est ut maneret. in qua placuit ut fieret. Notandum est autem quod in secunda die non dicitur. uidit deus quod esset bonum. propter naturam binarii. quia primus numerus est qui potest diuidi. diuisio uero displicet deo. que separat ab unitate dei. unde et inmunda animalia introducuntur in archa bina et bina.

Dixit quoque deus. Congregentur aque in locum unum. et appareat arida. Factumq; est ita. Subducte sunt enim aque. que inter celum et terram uniuersa compleuerant. ut terra que latebat et futuris fructibus apta foret. siquis uero quesierit ubi congregate sunt tante aque. que fere usq; ad celum pertingebant. credat ipsas aquas tenuas fuisse sicut nebulas. congregatione autem spissatas. Et tamen cum multa constat esse maria. tamen in unum locum dicitur aquas congregatas. quia omnes aque. quibus tellus irrigatur. habent principium ab occeano. et per inuisibiles uenas irrigant omnes terras. Et uocauit deus aridam terram. congregationesq; aquarum appellau

maria. Prius quidem ad distinctionem aquarum. totam hanc soli ditatem mundi partem appellavit terram cum diceret. In principio creavit deus celum et terram. terra autem erat inanis et vacua. At nunc postquam formari mundus iam incipit. et aquis suum in locum recedentibus. terre facies apparet. ad distinctionem partis eius. que adhuc aquis premebatur. cetera portio quam aridam esse licebat. terre nomen accepit. in dictum latine quod ambulantium pedibus teratur. Congregationesque aquarum appellavit maria. sive salse sunt. sive dulces sunt. Et vidit deus quod esset bonum. cedentibus aquis apparuisse aridam. quia videlicet eque estimator universitatis previdens que futura sunt. perfecte laudat que adhuc in primo operis exordio sunt. Nec mirum apud quem rerum perfectio non in consummatione operis. sed in sua est predestinatione voluntatis. quod et ait. Germinet terra erbam virentem. et facientem fructum. et afferentem semen iuxta genus suum. lignumque faciens fructum. et habens unumquodque semen secundum species suas. Et vidit deus quod esset bonum. factumque vespere et mane. dies tertius. Ubi notandum est. quod prima germina erbarum et arborum. non prodierunt de semine sed terra. Nam ad unam iussionem. terraque arida apparebat. repente herbis compta et nemoribus est vestita. et florentibus. Et vidit deus quod esset bonum. factumque est vespere et mane. dies tercius.

Dixit autem deus. fiant luminaria in firmamento celi, ut diuidant
diem ac noctem. Et pulcro quidem ordine ex informi materia procedit
mundus, ad congruam formam. Postquam enim ante omnem huius seculi diem.
celum et terram. et aquam deus creauit; hoc est superiorem illum et spiri
talem mundum cum suis incolis et informem materiam totius huius mundi.
primo huius seculi die lucem fecit; que cetera creata speciei capaces red
deret. secundo firmamentum celi. superiorem uidelicet huius mundi par
tem. in aquarum medio solidauit. tertio inferioribus mare terrasque
suis discreuit finibus. aeremque suis in locis cedente aqua diffudit.
Oportuit ergo in eodem ordine quo creata sunt elementa, perfectus
caperent amplioris ornatus. Ergo quando ceperunt quarto die ordi
nari, dignum fuit. ut celum prius ornaretur. Quinto die aer et mare
uolucribus et piscibus. Sexto die terra suis animantibus. Nam quod die
tertio. erbis et arboribus uestita; non ad ornatum eius. sed ad ipsam ut ita
dixerim eius superficiem pertinet. Recte ergo quarto die dicitur. Fiant
luminaria in firmamento celi et diuidant diem et noctem; scili
cet ut sol illuminet diem. luna uero et stelle noctem. Hoc enim ac
cessit ad augmentum. et prime diei ut nox factis syderibus et luna
illuminaretur; que eatenus nil preter antiquas tenebras noue
rat. fiet hoc diuini muneris exorta sydera cum adiutamento lu
cis mundo adtulerunt; ut distinctio quoque temporum laben

tium. p ea posset dignosci. Vn̄ & seq̄r. Et sint in signa 7 tempa
& dies. 7 annos. qd non a condicione eoꝝ tempa ceperūt que ꝯ
stat cepisse a principio. quo fec ds celum & t̄ram. uel dies. 7 anni qui
originē sumpsisse nascunt̄. Ex quo dix ds. fiat lux. 7 facta ē
lux. S; qa portus eoꝝ siue transitus temporum. ordo dierū annoꝝ
q; signat̄. Nam totum illud t̄duum sup̄ indiscreto. cursus sui
ꝓcessu transierat. nullā penit̄ dimensionē habens orarū. ut
pote lumine p̄mario adhuc generalit̄ omīa replente. Sunt
& insigna hui̅ uite usib; necessaria. qa ex aeris qualitate p̄
uidem̄. sepe futura in t̄ra 7 mari. Et fec ds luminaria duo
magna. quoꝝ magnitudinis hoc euidens indiciū est. qd or
bis eoꝝ oib; equalis uidet̄. Lumina mais ē. qa ardore suo to
tum mundum cale facere cepit. cū p̄terito t̄duo nichil calo
ris habuerit. Luminare aūt min̄. idest luna fec ut p̄eet noc
ti. diei enī nullum solatiū p̄stat. Qd u sub infert 7 diuide
rent lucem a tenebris. & lune 7 omib; stellis ꝯuenitq; ubicūq;
sunt lum̄. secū circumferunt. Signe u factis syderib; dicit̄.
ut sint in tempora 7 signa 7 dies & annos. Ex quo enī sol q̄rto
die in firmamto positus ē. potuere discerni hore diei. Stelle
quoq; sunt insigna 7 tempora. que uel ortu uel occasu suo
indicant 7 tempora. & plerumq; aliqua miracula. Sunt etiā

in annos . q annorum series indicant. Et uidit ds qd eet bonum .
qm que facienda sunt placebant . ut fierent facta placuerunt ut
manerent . Factumq; e uespe et mane . dies quartus.

Dixit eciam ds . Producant aque reptile anime uiuentis . et uolati
le sup terram sub firmamento celi . Post ornatum quarta die celi fa
ciem consequent . quinta die ornatur aqua et aer suis animantibus . Hec
enim duo elementa . quadam cognatione . et sibi adinuicem et celo
copulantur . quia natura aquarum similis e aeri quarum exalationibus
aer inpinguatur . et ne aliquid uiuens siue paruum siue magnum
uideatur exceptum adiungit . Creauit ds cete grandia . et omem
aiam uiuentem atq; mutabilem . quam pduxerunt aque
in species suas . et ome uolatile scdm genus suum . Nec pretereun
dum e qd cum creasse dicitur . omem animam uiuentem . additum est
adq; mutabilem . ad distinctionem uidelicet hominis . quam facturus
erat ad imaginem et similitudinem suam . ut si ei pcepta seruaret
ppetua inconmutabilitate uniret . cetera autem animantia ita s
creata . ut aliquem deffectum eent mutabilia . Et factum est ues
pe et mane . dies quintus .

Dixit quoq; ds . Producat terra animam uiuentem in genere suo . iu
menta et reptilia et bestias terre . scdm species suas . Factum e ita .
Post irradiatum syderibus celum . post impletum uolatilibus aerem

post locupletatas suis animantibus aquas consequens fuit . ut terram
suis animantibus impleret. Nam et ipsa habet magnam cognatio
nem cum aquis ut pote . que sine harum suco et irrigatione non
solum fructificare . sed nec ipsa consistere possit : petro atestante
qui ait . Quia celi erant . post terra de aqua . et aqua consistens
dei uerbo . Iubet ergo deus terram producere . iumenta et reptilia et
bestias terre . Nomina autem bestiarum comprehendit omnia . que seu
iunt ore et ungulis . exceptis serpentibus . Quod autem mutato ordi
ne adiungit . Et fecit deus bestias terre . et postea iumenta et omne
reptile . scilicet quod iumenta post ponit bestiis . cum prius ea preposu
erit . intelligendum est quia dicto citius . Omne quod uoluit fuit .
Nichil differt quod loquela humana prius in creaturarum ordine
nominet . quas diuina potentia simul condidit cunctas . Quod
autem sequitur . Et uidit deus quod esset bonum . et non adiungitur . Benedixitque
illis . sicut benedixit piscibus et uolatilibus . Queritur quare non benedixit
eis . an ideo fecerit . quia prius creaturam anime uiuentis benedixit .
et hoc nobis de ceteris animantibus intelligendum reliquid . Facta autem
atque ornata . habitatione mundana . superat ut ipse etiam
propter quem omnia parabantur habitet . hac dominus rerum hoc crearetur .
Unde et adiungit . Faciamus hominem ad imaginem et similitudi
nem nostram . Cuius nobilitati creationis etiam hoc testimonium

dat. quod non sic in ceteris creaturis. Dixit deus. Fiat homo, et factus
est homo. vel producat terra hominem; sed quia prius fieret. faciamus
dicitur. Ut videlicet quia racionabilis creatura condebatur. quasi
cum consilio facta videretur, quasi per studium de terra plasmaretur. et in
spiratione conditoris in virtute spiritus vitalis erigeretur. In hoc autem
quod plurali numero dicit. Faciamus hominem ad ymaginem et simili
tudinem nostram. Unitas sancte trinitatis, aperte commendatur. Siqui
dem eadem individua trinitas. in precedente rerum formatio
ne mystice erat insinuata, quando dicebatur. Et dixit deus fiat.
Nunc autem manifestius, hoc ipsum insinuat cum dicitur. Faciamus
hominem ad imaginem et similitudinem nostram. Et recte quia donec
his qui docentur non erat in profundo, fuit abdita predicatio deitatis.
Ubi incepit hominis expectari creatio. revelata est fides, et evident
dogma veritatis emicuit. In eo enim quod dicit. faciamus, una o
stenditur trium operatio personarum. In eo vero quod sequitur. ad imaginem et
similitudinem nostram, et equalis substantia. eiusdem sancte tri
nitatis indicatur. Quomodo enim una esset imago ac similitudo. si
minor patre filius. si minor esset spiritus sanctus filio, si non consubstan
tialis eius potestatis esset. et glorie tocius trinitatis, aut quomodo diceretur.
faciamus si trium in una deitate personarum cooperatio virtutis non
efficeretur. In quo autem sit homo factus ad imaginem et similitudinem

dei! testat apls. Cum nos sollerter ammonet. ut hanc quā
in primo parente pdidimus! p gram eidem conditoris recuperem
in nob. Renouamini inquid spū mentis urē! & induite no
uum hoiem. qui scdm dm creatus e! in scitate & iusticia ueri
tatis. Creatus ergo nouus homo scdm dm de tra. ut eet iustus
scs & uerus! subdit humilit. & adherens gre sui conditoris! qui
etnalit hac pfecte iustus & scs & uerus existit. Quatinus pulcher
rimam hac nouitate. diuine ille imaginis peccando corrum
pit! corruptamq; ex se psapiam generis humani p creauit.
uenit scdm adam. idest dns ipe conditor nr natus ex uirgine.
creatus incorruptibilit atq; incommutabilit! ad imaginem di
idest inmunis omis delicti. & plenus omis gre & ueritatis!
ut imaginē in nob suam & similitudinē restauraret. Et creauit
ds hoiem ad imaginē suam! & ad imaginē di creauit illum.
masculum & feminā creauit eos! benedixitq; illis & ait. Cresci
te & multiplicamini & replete trām! & dnamini piscib maris
& uolatilib celi. Ubi queri potest! ad quam utilitatē homo do
minatū in pisces & uolucres & animantia tre accepit. Cum
hec n sint ei data. ad escam in prima conditione! s; poci fructus
herbarum & arborum. ad qd dicendū est. quia peccatorē psciebat deus
hominē & mortalem peccando futurum! quē immortalem

ipse creauit. ideoque ea illis solatia primordialiter instituit. quibus suam fragilitatem mortalis posset tueri. uel alimentum uidelicet ex his uel indumentum uel laborum siue itineris habens adiumentum. Postquam autem homo suo conditori subiectus esse noluit. dominium in ceteras creaturas perdidit. Quamuis in testimonium prime creationis legamus uiris sanctis et humiliter deo seruientibus. et aues obsequium prebuisse. et tactus cessisse bestiarum. et uenenum non potuisse nocere serpentum. Dixitque deus. Ecce dedi uobis omnem herbam afferentem semen super terram. et uniuersa ligna que habent in semet ipsis sementem generis sui. ut sint uobis in escam. et cunctis animantibus terre. omnique uolucri. et uniuersis que mouentur in terra. Iam hic patet. quod ante reatum hominis nil noxium terra protulit. nullam herbam uenenatam. nullam arborem sterilem. cum manifeste dictum sit. omnis herba et uniuersa ligna data sunt hominibus ac uolatilibus terre quoque animantibus cunctis in escam. Patet etiam quia nec aues nec fere uiuebant rapinis. sed herbis et fructibus arborum. Inter hec potest queri. quomodo pre ceteris animalibus sit factus immortalis. cum terrenam alimoniam cum illis acceperit. Unde sciendum est quod ita creatus est mortalis ut temporalis alimonie adiutus. mortis expers et doloris existeret donec corporalibus incrementis ad illam usque perductus etatem que conditori placeret

eciam de ligno uite ex quo perfecte inmortalis effectus. sustentacula cibi corporalis ulterius nulla requireret. Et factum est ita. id est ut dominaretur homo cunctisque in terra uel in aquis creata sunt. et ut facultatem potestatemque edendi cum fructibus terre. cum uolatilibus celi animantibus terre perciperet. Uiditque deus cunctaque fecit. et erant ualde bona. Quia de singulis dei operibus singulatim fuerat dictum. quod uideret ea esse bona. recte in conclusione perfectis hominibus positum est. cum additamento que uidit cuncta que fecerat. et erant ualde bona. Sed potest queri. quare facto homine non sit adiunctum. Et uidit deus quod esset bonum. sicut in ceteris diebus. sed dictum.
Uidit deus cuncta que fecerat. et erant ualde bona. Quia hoc reseruatum est dignitati hominis. uel quia presciebat deus hominem inobedientiam non permansurum deo non singulatim sed cum ceteris eum dixit bonum. intimans quod esset futurum. Et factum est uespere et mane.
Igitur perfecti sunt celi. et omnis ornatus eorum. Dies sextus.
Senarium numerum constat esse perfectum. quia primus suis partibus impletur. sexta uidelicet quod est unum. et tertia quod sunt duo. et dimidia que sunt tria. Unum enim et duo et tria. sex faciunt. Qualem in monadibus numeris nusquam preter hic inuenies. et neque decadibus preter uicesimum et octauum numerum. Sex ergo diebus perfecit deus omnem ornatum celi et terre. ut qui omnia mensura et numero et pondere constituit. ipso eciam numero in quo operaretur. sua

opa doceret rē pfecta. Conpleuitq; ds̄ die septimo. opus suum
qđ fecerat. non qđ aliqđ nouum die septimo fecerit. pret ipm
septimū diem. s; qđ ipā die mensurā & numerū dierū osu
mauerit. quoꝝ circuitu omīa sc̄la usq; ad finē mundi pcur
rant. Nam in reuolutione temporū. octauus idest q̄ & p̄mus.
oputat dies. Unde etiā dies iudicii & osumationis sc̄li. q̄a
post septimā sabbti uentura ē. octaua in scripturis nuncu
patur. uidelicet quasi septē soli p̄cesserint. Dictū est enī intitu
lo psalmi. in finē ymnꝰ. p octaua psalmus dauid. qđ de die
iudicii scriptū totus sequentis psalmi totus docet. in quo
iram uenturi iudicis timens pphā exclamat. Dn̄e ne in ira
tua arguas me. & cetā. Sed & dies dn̄ice resurectionis. cū post
tot dierū milia uentura eēt. octaua tam& ipā dicta. intitu
lo altius psalmi. q̄a numerū septimā sequebatur. ut septimane
sequentis p̄ma existeret. idest eadem ipā in qua inp̄ncipio
dix̄ ds̄. Fiat lux. & facta ē lux. Quē q̄dem psalmū. de resur
rectione dn̄ica septum pbat ipē. q̄ in eo loquitur dicens. Ppt
miseriā inopū & gemitū paupum. nc̄ exurgā dic dn̄s. Et re
quieuit septimo die. ab uniuerso ope qđ patrarat. Non qua
si lassus ex nimio labore. ds̄ instar humane fragilitatis cō
pleta mundi fabrica requieuit. s; requieuisse ab uniuerso ope

suo dicit. qa nouam creaturam ultra instituere cessauit. sic
dicit in apocalipsi de scis dicit. qd requiem n habebant die et
nocte dicentia. Scs. scs. scs. dns ds omps. p eo ut diceret. n
cessabant hec semp decantare. Nam maxima et unica. scis
e requies. in celo laudem sumere. trinitate indefessa uoce
dicere. Et benedix diei septimo. et scificauit illu. et typu
benedictionis illi sabbti. quando in sepulchro requieuit.
S; et hec scificatio ac benedictio septimi diei. et requies in
illa die post opa sua ualde bona designauit. qd nos singuli
post opa sua. que in nob opat. 7 uelle et pficere ad requiem
tendim. uite celestis. in qua etna ei scificatione 7 bene
dictione pfruam. Unde bene idem dies septim. uespam
habuisse n scribit. qa nimiru ppetuam nram in illo. re
quiem designat. Denique; in septenario. suma pfectionis
accipit. a septennario qppe. i duodenariu surgit. Nam sep
tenarius suis in se partib multiplicat. ad duodenarium
tendit. Siue eni quatuor p tria. siue p quatuor ducant septe.
in duodecim uertunt. Unde sci apli. qui trinitatem in quatuor
mundi partib pdicare mittebant. duodecim sunt electi.
ut ecia numero pfectione ostenderent. qua uita et uoce
pdicarent. Et benedix inqd diei septimo. et scificauit il

tum. quia in ipso cessauit ab omni opere suo. id est completo mundi ornatu cessauit ab instituendum nouis creaturis. quamuis ipse in euangelio dicat. Pater meus usque modo operatur. et ego operor. Nulla enim die cessat a gubernatione omnium rerum. alioquin perirent. Hactenus iuxta litteram. amodo iuxta alegoriam.

Principium est a patre. sic ipse in euangelio dicit. Ego principium. qui et loquor uobis. In hoc ergo principio fecit deus celum et terram. id est illos qui celestia meditantur. et illos qui terrenum hominem non dum deposuerunt. Terra autem erat carnis nostre inanis et uacua. priusquam doctrine formam accepisset. Et tenebre erant super faciem abyssi. quia delictorum cecitates et ignorantie profunda obscuritas nostra corda tegebat. Spiritus autem dei super cor nostrum tenebrosum et fluidum quasi super aquas iam ferebatur. in quo subsistentes requiesceremus. cuiusque uiuificaremur flatu. et uel unda ablueremur. Dixitque deus. Fiat lux. id est luminatio credulitatis appareat. Prima enim die lucem fidei dedit. quia prima ad conuersione fides est. Unde et ipsum in preceptum est primum. Dominus deus tuus unus est. Post quam fidem. ipse etiam uisibiliter in mundo apparere uoluit. Iam tunc deus iuxta prescientiam sua gratia diuisit iustos. id est filios dei et lucis a peccatoribus. tanquam a tenebris. illos uocans diem. illos noctem. sic apostolus dicit. Fuistis aliquando tenebre. nunc autem lux in domino.

Secunda die. deus posuit firmamentum. ad sanctam scripturam. & super hoc firmamentum. posuit aquam. idest angelos. qui non habent opus ut uerbum dilegentes audiant. sed ipsum firmamentum posuit inter superiores & inferiores aquas. quia sancta scriptura docet nos discernere. quanta distantia sit inter angelicam & mundanam uitam. inter carnalia & spiritalia.

Die autem tercia. collegit in unum aquas inferiores. idest homines infideles. qui cupiditatum tempestate, temptacionum carnalium fructibus quatiuntur. Segregauitque aridam. populum scilicet fontem fidei sicientem. obstruxitque de hinc super hos limites. & coercuit eos ne turbulentis iniquitatum suarum fluctibus aridam. idest animam sicientem deum conturbent. liceatque germinare fructus bonorum operum. sed genus diligens proximum in subsidiis carnalium necessitatum. habens in se semen secundum genus suum. ex sua infirmitate compaciantur. aliis producens & lignum fructiferum. idest beneficium & forte ad adiuuandum alios.

Die quarto emicuerunt luminaria. in firmamento legis fixa. idest euangelii doctores & scripture sancte disputando coerentes. & omnibus inferioribus lumen sapientie demonstrantes. proditt & cetera syderum turba. idest diuersarum uirtutum copia. que in huius uite obscuritate. tanquam in nocte fulgentes diuidant in hoc

scripture sensibilia et intelligibilia. quasi inter lucem perfectorum et tenebras paruulorum. Et sint in signis uirtutum et miraculorum. sint etiam in tempora et annos. quia predicatores prius temporibus uiuunt et transeunt. uerbum autem manet in eternum. Quare autem primo terra germinauerit. deinde facta luminaria. nisi quia post opera bona. uenit inluminatio lucis. ad contemplandam speciem superne ueritatis.

Die autem quinta. facta sunt reptilia animarum uiuarum. scilicet homines. renouare ad uitam per baptismi sacramentum. facta sunt uolatilia. id est sancte anime ad superna uolantes.

Die uero sexto. producit terra animam uiuam. quando nostra caro abstinens ab operibus mortuis. uiua uirtutum germina parturit. Secundum genus suum. id est uitam imitari sanctorum. secundum nostrum genus quippe uiuimus. quando opere bono sanctos uiros quasi proximam. De inde producit terra bestias. homines in potentia rerum. sine ferocitate superbie. Similiter et pecora. fideles in simplicitate uite uiuentes. Serpentes quoque innatios. sanctos scilicet uiros astuta uiuacitate bonum a malo discernentes. et in quantum fas est reputando. scrutantes terrena per que intelligant sempiterna. non illos uenenosos. qui se huius mundi terrenis cupiditatibus collo

Post hec fecit deus hominem ad imaginem suam. J carunt perfectum scilicet. quia non quem liber sanctorum uirorum. sed ipsam ue-

ritatem contemplabiliter intuendo. operatur iusticia! ut ipsam in
telligat et sequatur. ad cuius imaginem factus est secundum ueritatem.
Ipse etiam accipit potestatem piscium maris et uolatilium celi!
pecorumque ferarum quoque adque serpentium! quia spiritalis quisque
effectus. et ideo similis factus secundum apostolum iudicat omnia! ipse
autem a nemine iudicatur. Quod autem sequitur. masculum et feminam fecit
eos! spiritales in ecclesia et obedientes ostendit. quia sicut uiro subdi
ta est mulier! sic spiritali et perfecto uiro obediens est. his qui minus
perfectus est. His dicitur. Crescite et multiplicamini. siue in lin
guis. siue in spiritalis intelligentie gradibus! ut dominentur rationis
intellecto. omnium carnalium perturbationum! quasi insensibili
um animalium. Omnem autem herbam seminalem. et omne lignum fruc
tiferum quod hominibus datum est in escam. fideles sunt! de obla
cionibus suis sanctorum necessitatibus communicantes. Hii autem sunt!
fructifera ligna. In istis autem gradibus. tanquam in quibusdam
diebus. uespera est ipsa perfectio singulorum operum! et mane inchoac
tio sequentium. Post hec itaque quasi post sex dierum. opera
ualde bona sperat homo! quiete mentis constitutus. in spiritali para
dyso! quo significatur beata uita. ubi fons est sapientie diuisus in
quatuor partes uirtutum! ubi edat lignum uite. id est utiles
disciplinas morum. Est namque paradysus uita beatorum! quatuor

flumina sunt quatuor uirtutes. ligna ei sunt utiles disciplì
ne. fruct9 lignoꝝ sunt mores pioꝝ. lignum uite ē sapientia.
mat̄ omnium bonoꝝ. lignū scientie boni & mali. est transgṡ
sio mandati. que fit experimento.

Hactenus ē explicatum. qualit̄ sex dierum opa spiritua
lit̄ intelligant̄. nc̄ qd̄ in figuram scl̄i significent exeq̄
mur. Sex dieb9 ꝯsumauit ds̄ opa sua. & septimo requieuit. q̄a
sex etatib9 ꝯsumabit̄ iste mund9. quaꝝ p̄ma ē ab adam. usque
ad noe. scd̄a a noe. usq; ad abraham. tercia ab abraham usq;
ad dauid. quarta a dauid usq; ad transmigrationē babylo
nis. quinta deinde. usq; ad xp̄m. sexta que nc̄ agit̄. usque
ad diem iudicii. septima uero. scōꝝ requies erit. que n̄ habet
uespam. q̄a eam nullus termin9 claudit. Primo & scd̄o fact9 est
homo. quasi lux in paradyso. in qua etas filios dei in lucis no
mine diuisit ds̄ a filiis hominū. quasi a tenebris. fitq; hui9
diei uespa diluuium. Scd̄m scl̄m. factū est quasi firmamen
tum int̄ aquam & aquam. archa utiq; quā nauigauit int̄ plu
uiam ꝛ maria. hui9 uespa fit ꝯfusio linguaꝝ. Tercium scl̄m factū
est qd̄ separauit pp̄lm suū a gentilib9 p abraham. discernens eū
quasi aridam ab aquis. ut pferret germ̄ herbaꝝ atq; lignaꝝ.
id est scōs. & fructum scē scripture. Hui9 uespa. fuit peccatū

regis saul. Quartum seculum cepit a dauid. quando deus constituit lu
minaria in celo. idest in splendore regni. tanquam solis excellen
tiam in specie lune obumbrantem quasi synagogam. et stellas prin
cipes eius. cuius etatis fuit uespera. tempus quando populus dei est in ba
bylonem ductus captiuus. Quinto seculo. idest transmigratione
babylonie facta sunt quasi animalia in aquis. et uolatilibus celi.
quia tunc iudei inter gentes. tanquam mare uiuere ceperunt. nec habe
bant stabilem locum. tanquam uolantes aues. Huius diei quasi
uespera est. multiplicatio peccatorum in populo iudeorum. quando sic exce
cati sunt. ut dominum ihesum non possent cognoscere. Iam sextum seculum fit.
in aduentu domini nostri ihesu christi. Nam sicut in illa sexta die. primus adam
de limo terre ad imaginem dei formatus est. sic in ista sexta die etate.
secundus adam. idest christus in carne de maria natus est. Illa in anima ui
uente. sed in spiritu uiuificante. Et sicut in illa die terra animam uiuam. sic in
isto seculo uitam desiderantes eternam. Et sicut in illa die sexta serpen
tium et ferarum genera terra produxit. ita et in hac sexta etate seculi. gen
tes uitam appetentes eternam. ecclesia generauit. Quam etiam sensum
uas petro ostensum manifestauit. et quemadmodum in illa die
creatus masculus et femina. sic in ista seculi etate. manifestatur christus
et ecclesia. Et sicut preponitur homo in die illa pecoribus. serpentibus.
uolatilibus celi. ita christus in hac etate gentibus. populis. et nationibus;

ut abeo regant᷑! uel carnali ɔcupiscentia dediti peccora uel ter
rena curiositate obscurati. quasi serpentes uel elati sup̄bia qua
si aues. Et sic illo die pascit᷑ homo. Et animalia que cū illo sunt
herbis seminalib;! lignis fructiferis. Et herbis uiridib;! sic ista eta
te ipē p̄pls spiritalit̄. scā scripturaȝ alimentis. Et lege diuina ad cō
cipienda fecunditatē racionum atq; sermonū. tanq̄m herbis
seminalib; partim ad utilitatē moȝ ɔuersationis humane. tan
quam lignis fructiferis. partim ad uigorē fidei! spei caritatis
in uita ętnam. tanquā uiridib; herbis que nullo estu tribulatio
num arescunt! carnalis aut̄ id est paruulus in xp̄o tanq̄m pecus
dei. ut multū credat! que intelligere nec dum potest. tam̄ eos
dem cibos omēs habent. Post istā uespam fiet mane. cū ipē dn̄s
in claritate uenturus ē. tc̄ requiescet cū xp̄o! ab omib; opib; suis.
Post talia enī opa. spanda ē requies! in die septimo q̄ uespam n̄
habet.

Hę sunt generationes celi et t̄re! in die
quando creata sunt. Hac ɔclusione tangit eos! q̄ mundum
sine initio. semp̄ fuisse affirmant! uel q̄ factum q̄dem adeo pu
tant. uerum ex materia quam n̄ fecerit ds̄! s; coetna ipi absq;
initio fuerit creatori. Quod uo seq̄t᷑. in die quo fec̄ dn̄s ds̄ celum et
t̄ram. Et omē uirgultum agri! ante q̄m oriret᷑ in t̄ra. omemq;
herbam regionis. p̄usquā germinaret! nequaq̄m memoriatte

di sententie. uideri debet aduersum; sed apte intelligi. quia
diem hoc loco scriptura. pro omni illo tempore posuit. quo primor
dialis creatura facta est. Et propheta non denuo specialiter dic. sed
de plurimo tempore diuine gratie dic. In die illa audient sur
di uerba libri huius. Ceterum difficile intellectu est. quomodo in uno
die fecit dominus celum et terram. et omne uirgultum agri. omnem her
bam regionis. nisi forte dixerimus. quod in materia informi pariter
omnis creatura sit facta. iuxta hoc quod scriptum est. Qui uiuit
in eternum. creauit omnia simul. Rerum quippe substantia. si
mul creata est. sed simul species formata non est. et quod simul extitit
per substantiam materie. non simul apparuit per speciem forme. Cum enim
simul factum esse celum et terra describitur. simul spiritalia atque corpora
lia. simul quicquid de celo oritur. simul factum quicquid de terra producitur
indicatur. Hinc in superioribus quoque scriptum est. Creauit deus ho
minem ad imaginem suam. ad imaginem dei creauit illum. mascu
lum et feminam creauit eos. Nec dum facta eua iam scribitur. quia ho
mo masculus et femina perhibetur. Sed quia ex adae latere erat proculdu
bio femina processura. in illo iam computabatur per substantiam.
a quo fuerat producenda per formam. Sic herba cum creatur. nec dum
in illa fructus sui semen ostenditur. inest uero ei etiam cum non appa
ret fructus et semen. quia nimirum simul sunt in radicis sub

stantia . quod non simul prodeunt per temporis incrementa . Sed hanc
creationem materie . ante omnem diem huius seculi fecit . cum in princi
pio creauit celum et terram . quando et si terra erat inanis et uacua .
et tenebre super faciem abyssi . id est aquarum natura . que per substan
tiam seminalem simul condita latebant . que post modum ex huius
ope creatoris . non simul producenda . Ideoque si hoc diximus . ad eun
dem reuoluitur memorata questio finem . ut appellatione diei per sig
nificatione tempus postea intelligamus . illius uidelicet quo hoc
deus in principio cuncta creauit . in die qua creauit dominus deus celum
et terram . et omne uirgultum agri antequam oriretur in terra omnem
herbam regionis . priusquam germinaret . Quod si in die quod dicitur tempus
illud designatum . quo autem die omnem huius seculi facta sunt omnia simul .
facilis patet sensus . quod et herba omnis et arbor in ipsis terre substan
tia sit facta . priusquam uisibiliter orirentur . aut germinarent extra .
Sin autem appellationem diei accipiamus positam . per significatione
illius temporis . in quo mundus iste . per sex dies factus et ordinatus est . possu
mus intelligere . quia aptius scripture uoluit explicare . quo
superius dixerit . quia protulit terra herbam uirentem et afferentem semen
iuxta genus suum . lignumque faciens fructum . Non enim primordio
eorum has terra produxit . quoniam nunc si irrigatio adfuerit aquarum . dis
ponente deo terra fructificat . sed mirabiliter prius ope condi

toris; et antequam aliquis fructus extra crescendo germinaret.
repente campi omnes et colles. herbis erant et arboribus cooperti; haben
tibus congruam altitudinem statuere. diffusione ramorum; opacitatem
foliorum. copiam fructuum; quam non paulatim ex terra oriendo.
sed subito ex illa existendo acceperunt. Nam et hec magis sensum
subiuncta; quoque uidentur uerba iuuare quibus dicitur. Non enim plu
erat dominus deus super terram; et homo non erat qui operaretur terram. sed fons a
scendebat super terram; irrigans superficiem terre. Quis enim non uide
at. quod hec dici non poterant; de prima creatione terre. quando
erat et uacua; et tenebre super faciem abyssi. Numquid opus erat de plu
uia. non descendente in terram; narrari eo tempore. quo nec ipsa ad
huc accipere pluuiam; nec aer dare poterat. eo quod loca utriusque
adhuc aque cuncta implerent; sed nec fons ascendere de terra. ad
irrigandam eam potuit; quamdiu tota tegebatur abysso. Unde
restat intelligi. quod nomine diei super quod dicitur; in die quo creauit dominus
deus celum et terram. tempus sit intimatum illud sex dierum primorum; in
quo uniuersa mundi est creata siue formata. Ubi recte commemoratur.
quod non pluisset deus super terram; et homo non esset qui operaretur terram. ut in
telligamus quantum prima terre germinatio a moderna distat; et nam
modo et irrigatione pluuiarum terra sponte germinat. et industria cul
tuque hominum multa in ortas sata. et memoribus procreantur; sed

longe aliter prima herbarum et arborum est perfecta creatio. in qua nouo im
perio summi opificis. terra que arida apparebat absque pluuia. et
absque humano opere. repente est longe lateque multifariis fructuum
repleta generibus. Sed fons inquid ascendebat. terram irrigans uniuer
sam superficiem terre. De hoc fonte et ascensu eius intimam. diuerti pri
mo uideamus. quia prima illa generatio terre. cuius premissa sententia
meminit. sine ulla irrigatione aquarum deo iubente facta est.
Huius autem fontis qualiscunque erat irrigatio. post uenturas herbe
adugnus terram superuenit. Quod scripture sillaba probatur. quod postquam
uerbo preteriti temporis perfecti dixit. qui creauit dominus deus celum et terram.
et omne uirgultum agri. omnemque herbam regionis subiunxit.
Mox uerbo temporis preteriti perfecti. non enim pluerat dominus deus
super terram. et homo non erat qui operaretur terram. ostendens quod ante cre
ationem uirgultorum et herbarum. non miserat dominus pluuiam. Quod uero
postea factum sit. statim uerbo preteriti temporis imperfecti ostendit
dicens. Quia fons ascendebat de terra. irrigans superficiem terre. ipsa
declinatione uerbi. significans non hoc semel. sed sepius re gestum.
Non enim ait ascendit. sed ascendebat aliquando. fons autem ille est
pars illius uniuersalis abyssi intelligenda. Cum ergo dictum esset. deum
creasse herbas et uirgulta. nec dum pluuia ascendente. neque
homine existente qui operaretur eam. consequenter omnis creatio subi

firī cū dicit᷑. Formauit ig̃ dn̄s ds̄ hominē de limo t̃re. & inspirauit in faciē ei᷒ spiraculum uite. & factus est homo in animā uiuentē. Hic namque latius hominis factura describit᷑. q̃ sexto die factus ē. S; ibi breuit᷑ eius ē. Commemorata creatio. qđ hodie hic plenius exponit᷑. Et q̃a corpus de limo t̃re formatum. aīam u᷒ de nichilo sit ꝺo inspirante creatā. S; et femina sit. de lat'e dormientis ꝯdita. Formauit ig̃ ds̄ hoīem de limo t̃re. que uerbo suo de limo fieri iussit. inspirauit in faciem ei᷒ spiraculū uite. & factus ē homo in aīam uiuentē. Cum ei substantiam aīe ac sp̄c in qua uiuere creauit. Nam ita intelligit᷑. recte spirasse dm̄ in faciē hoīs spiraculū et quo uiueret creasse. sic sup᷑ intellectum est. Vocauitq; ds̄ lucē diē. p eo positum. qđ uocari ab hominibus fec. Bene aut᷑ in faciem inspirasse ds̄ hoīem dicit᷑. ut fieret in aīam uiuentē. q̃a nimirū sensus oīs corporis. p quos instructa sp̄c ea que foris sunt ꝯtemplat᷑. magis in facie uigerent. Visus uidelicet. audit᷒. olfatus. gustus. & tactus. Et potī q̃a pars cerebri anterior parte cerebri osten dit᷑. uiam suā habere. que retrorsum p uerticē atq; ceruicē. ad medullam spine reducit᷑. Flatus aut᷑ ille ꝺi hominē animauit. fact᷒ ē ab ipso. & n̄ de ipso. q̃a nec hominis factus hoīs pars ē. nec homo eū fac de ipso. S; ex aereo habitu sumpto & effuso potuit. & de nichilo uiui

& racionabilem aiam qd non potest homo. Quã uis n̄ nulli existi
ment. n̄ tc̄ aiatum p̄mũ hominē! quando ds̄ in eius faciē sufflauit.
s; tunc accepisse sp̄m scm̄.

Nusce aut̄ qd dicit̄. Iste generationes celi & t̄re! quando create
sunt in die quo fec̄ ds̄ celũ & t̄ram. Hui9 diei noīe. omē tem
pus hui9 uite significat̄! & quando celum & t̄ra facta ē. id est in q̊
creature uisibiles disponunt̄! administrant̄ atq; existunt. s;
q̇ s̄ uult qd nunc nominato celo & t̄ra! adicere uirgultũ agri &
herbam regionis. & tacu cet̄a que sunt in celo & in t̄ra! uel eciã
in mari. n̄ q̇a p̄ uirgultũ agri inuisibilem creaturam demon
strat! intelligi sic̄ est aia dicta. aut̄ uirgultũ p̄pt̄ uigorē uite!
herbam p̄pt̄ eandem uitam nunquã marcescentē. Deinde qd ad
dit. ante q̊m eēt sup̄ t̄ram. intelligit̄ ante q̊m aiã peccaret terrenis cupi
ditatib9 sordidata! tanq̊m sup̄ t̄ram nata. uel sup̄ t̄ram eē recte di
cit̄. Unde adiecit. Non dum enī pluerat ds̄ sup̄ t̄ram! quasi apte
diceret. Ante q̊m peccaret anima! n̄ dũ nubib9 scripturarũ. pluuiã
doct̄ne dn̄s ad aiãm irrigando cesserat. Non dũ p̄pt̄ hominem
q̇ est in t̄ra. dn̄s nr̄ nubilũ carnis nr̄e assumpserat! p̄ qd imbrē
sci euglĩi largissimũ infudit. Qd u̇ subiūx. & homo n̄ erat q̇ operaret̄
t̄ram! q̇a nullus homo operatus ē in uirgine. unde nat9 est xp̄c. Ipse
enī est lapis. de monte abscisus sine manib9! id est absq; cogitu.

& humano semine de uirginali utero . quasi de monte humane
nature & substantia carnis abscisus. Sed fons ascendebat e terra .
irrigans uniuersam superficiem terre. Terra mater uirgo domini maria
rectissime accipitur . de qua scriptum est. Aperiatur terra & germinet sal
uatorem . quam terram irrigat spiritus sanctus . qui fontis & aque nomine sancti
euangelii significatur. Formauit igitur dominus deus hominem de limo terre . id
est factus est christus . iuxta quod ait apostolus . Ex semine dauid secundum car
nem . tanquam de limo terre . & inspirauit in faciem eius spiracu
lum uite. Utique infusionem sancti spiritus qua operatur hominem christum . & factus
homo in animam uiuentem . scilicet ut qui perfectus erat deus . perfectus
crederetur homo. Plantauerat dominus deus paradysum uoluptatis
a principio . in quo posuit hominem quem formauerat. Ab illo u
tique principio plantasse deus paradysum credendus est . quo terram
remotis aquis que eam operuerunt herba & ligna . fructifera produ
cere iussit . in quo tamen hominem die sexto . quem & ipsum formaue
rat posuit. Nec nullatenus dubitandum paradisum . in quo posi
tus est primus homo . quamuis presentis ecclesie . uel future patrie
typum teneat . ad proprietatem littere intelligendum esse locum . scilicet
& amenissimum fructuosis nemoribus opacatum . eundemque
magnum . & magno fonte secundum . Pro eo autem . quod nostra edicio quam
de hebraica ueritate translata est . habet a principio inantiquo

translacione positum est ad orientem. Ex quo nonnulli uolunt
intelligi! quod in orientali parte orbis terrarum sit locus paradysi.
Verum siue ibi. Seu alibi! deus nouerit. Nos tamen locum hunc fu
isse et esse terrenum! non licet dubitare. et qualiter eum deus plantaue
rit! exposuit scriptura plenius dum dicit. Produxitque de humo omne
lignum pulchrum uisu! et ad uescendum suaue. lignum etiam
uite in medio paradysi! lignumque scientie boni et mali. Hoc e
die factum intelligitur! quo et reliqua ligna fructifera. terra
domino iubente produxit. Sed hic ideo necessario repetitur. uel qualis
sit locus paradysi nosse possimus! maxime quia de ligno ui
te. lignoque scientie boni et mali! erat specialiter locuturus.
In quorum uno homini signum obedientie. in altero sacramentum
eterne uite! quam per ipsam obedientiam mereretur inerat. Et qui
dem lignum uite. unde dictum quia hanc uirtutem diuinitus acce
pit! ut qui ex ea manducaret. corpus eius stabili sanitate firma
retur! neque ulla umquam infirmitate uel etate mutaretur!
aut in occasum laberetur. Sed hec ita re aliter factum est! ut ta
men xpm significaret. de quo sub sapientie laude dicitur!
lignum uite est his. qui apprehenderunt eam! et in apocalipsi. Qui
uicerit dabo ei edere! de ligno uite! quod est in paradyso dei
mei. Quod est aperte dicere. Qui uicerit temptaciones diaboli!

aquo uictus est adam. & dabo ei qd daturus eram ade! sinuicisset in p̄senti uisione gl̄e xp̄i in et̄num fruat̃ & inmortalis sit. Qui xp̄c uirtus & sapientia dei in paradyso. idest in regno celesti! q̃ cū cetis scis etiam latroni incruce p̄misit.

Lignum scientie boni & mali ideo dictū est! quia si p̄p̄t p̄hibitionē ederet homo ex illo. in illo eēt p̄cepti tati futura transgressio! in quo homo experimento pene disceret. q̃d eēt int̄ bonū obedientie! & int̄ malum inobedientie. & inde hec nom̄ illi ligno datum! scilicet & ut appellaret̃ lignū scientie boni & mali. non q̃d de fructu ei9 malum nasceret̃! s; q̃d p̄ fructū ei9 intelligeret̃. quantum malū eēt inobedientia. Quia u̇ p̄ illud lignū cognouit adam malum. ideo dicit̃ lignū scientie mali! p̄se aut̃ erat bonum. Neq; enī q̃ fecerat om̄ia ualde bona instituerat. aliq̃d mali in paradyso! s; potius causa magne pietatis posuit ds̄ in paradyso. lignum scientie boni & mali! ut dū homo recordaret̃ aliq̃d s̄ eē iussum. n̄ extolleret̃ s; cogitaret! se habere dn̄m. Et fluuius egrediebat̃ de loco uoluptatis. ad irrigandū paradisum! sic̄ nylus irrigat egyptū. & sic̄ olim iordanis irrigabat t̃ram! pentapoleos de qua scriptura dic̄! q̃d uniuersa irrigabat̃ sic̄ egyptus. & sic̄ paradysus dei! ante quam ds̄ subuerteret sodomam & gomorrhm. Et p̄uida utiq; dispositione. uoluit

ds habeat. in mundo orbe aliquam similitudinem illius patrie. ad quam pos
sidendam in primo parente creati sumus. ut ad promerendum eius reditum
uicino nos ammoneret exemplo. maxime exemplo nyli. qui & ge
geon dicitur. Fluuius autem qui egreditur de loco uoluptatis. diui
ditur in quatuor capita. Nomen uni phison. Phison autem qui interpre
tatur oris mutatio. siue os pupille. Et recte quia aliam in nostra terra
gratiam faciei. id est uiliorem multo quam in paradyso habet ostendit.
Ipse est. qui circuit omnem terram euilat. Hec est inde euilat no
men inde habens. quo possessa sit post diluuium. a uila filio iec
tan. qui fuit filius heber patriarche ibi. id est intra euilat. ubi nascitur
aurum. Et aurum terre illius est optimum. Ibique inuenitur bdellium.
et lapis onichinus. Bdellium autem est aromatica arbor. cuius colo
rem manifestans moyses dicit. Erat manna. quasi semen coriandri
coloris bdellii. id est lucidi et albi coloris. Lapis autem onichinus
est preciosus inde appellatus. quod habeat in se permixtum candorem
in similitudinem humane unguis. greci autem dicunt onichem.
Et nomen secundo fluuio geon. ipse est qui circuit i. unguem.
totam terram ethiopie. & interpretatur pectus. siue preruptum. Nomen uero
fluminis tercii tygris. ipse uadit contra assyrios. Uocatur quoque
tygris propter uelocitatem. instar bestie nimia pernicitate currentis.
Fluuius autem quartus. ipse est eufrates. Eufrates uero interpretatur

frugifer siue crescens. id est ideo de eufrates ubi uadit. quas ue
ras circueat non dicitur. quia ipse in ultimo profluens terre repromissio
nis. facillime apostolo ista qui ibidem positus. hec lecturus erat.
poterat sciri. Et quia ipsa flumina ad nos uenium. et terram nostram
irrigant. et nos per baptismum regenerant. et tamen capita sua ab
scondunt. Bene congruit diuine dispensationi. ut ipsum aquarum
elementum. per quod ad supernam patriam reducimur. sit nobis commune
cum paradyso in qua positus est primus homo. et sic inuisibiliter nos
recreans. regni celestis ingressum nobis inuisibiliter preparat. ita
etiam inuisibiliter ad nostrum orbem. de paradyso perueniens terre aque
profluit. per quam nos deus reformat. Sic ergo spiritus ubi uult spirat.
uocem eius audis. nescis unde ueniat aut quo uadat. sic etiam
decebat. ut aqua que eos uult spiritus sanctificat. ignotis ad nos ue
nis de paradyso ueniat. et ad ignota a nobis loca redeat. quam
de paradyso uoluptatis originem constat.

Plantauerat autem dominus deus paradysum uoluptatis a principio.
Paradysus est ecclesia. sic in canticis canticorum dicitur. Ortus conclu
sus soror mea. Hanc paradysum. plantauit pater a principio. id
est per filium. Fluuius autem de paradyso exiens. significat christum.
a patre egressum. ad irrigandam ecclesiam. uerbo predicationis. et
baptismo fidei. Quod uero quatuor fluminibus de paradyso egredien

tibus. terra irrigatur. significat cor nostrum. quod quatuor uirtutibus scilicet
prudentia. temperantia. fortitudine. iusticia infunditur. et ab omni
estu carnalium desideriorum temperatur. Allegorice autem quatuor pa
radysi flumina. quatuor sunt euangelia. ad predicationem incunctis
gentibus missa. Ligna fructifera. omnes sancti sunt. fructus eorum. opera eorum.
lignum uite. sanctus sanctorum. utique christus. ad quem quisque si porrexerit manum.
uiuet in eternum. Lignum autem scientie boni et mali. proprium est uolupta
tis arbitrium. quod in medio nostri est positum. ad cognoscendum bonum et
malum. de quo si quis relicta gratia dei gustauerit. morte morietur. Tulit
ergo dominus deus hominem quem formauerat. et posuit eum in paradyso uo
luptatis. ut operaretur et custodiret illud. Tunc enim erat agricultu
ra uoluptatis. cum ea que creauerat uberius prouenirent. custodi
ret autem sibimet. ne aliquid ammitteret. propter quod expelli debuisset.
Ob hoc enim accepit preceptum. quo seruato non abiceretur inde. Recte
enim quisque dicitur. non custodisse rem suam. qui sic agit. ut ammittat
eam. Unde deus posuit hominem in paradyso uoluptatis. ut deus ope
raretur ipsum hominem. et custodiret eum. Sicut enim homo operatur terram.
non ut eam faciat terram. sed ut faciat eam uel cultam et fructuosam.
Sic deus operatus est et laborauit et uoluit. ut homo esset iustus.
et non recederet a deo. precepitque ei dicens. Ex omni ligno para
dysi comede. de ligno autem scientie boni et mali ne comedas.

Hanc repromissionem. dedit ei deus. cum haberet filium

ysmahel; s; et promissus est ei. quia in filio qui nasceretur ex sarra conplebitur ista promissio. Accenderat quoque animum eius in amore filii; non solum posteritatis gratia. sed et promissionum spes. Sed hoc in quo posite sunt ei promissiones. magne iste et mirabiles; in quo uocatum est nomen eius abraham. iubetur domino offerre; et credens quod a mortuis posset eum dominus suscitare. Accipe inquid filium tuum nec sufficit. sed nominatim exprimit ysaac; quasi abraham nesciret filium quem diligebat ysaac uocari. sed ut recordaretur quia sibi dictum erat. In ysaac uocabitur tibi semen. In ysaac erunt tibi repromissiones; ut promissionum que sub hoc nomine facte sunt. desperatio subiret. Uade inquid in terram uisionis que significat; ut hoc que dicitur de ysaac. spiritaliter uideamus. Et offer eum ibi in holocaustum. Numquid non potuerat prius dici abraham cum puero. ad illam terram excelsam in pani; prius est in monte quecumque diligerat dominus. et ibi ad eum dicere; ut offerre debeat filium suum. Sed prius ei dicitur. quia offerre filium suum; et tunc iubetur ire in terram excelsam. et ascendere in montem. Hoc expectat. ut ambulat dum iter agit per totam uiam cogitacionibus discipatur; purgente precepto. tunc uero uinci affectu; obluc

tante crucis. Ascendit quoque in montem excelsum. scilicet fide elatus. ne terrena relinquat. et ad superna conscendat. Igitur abraham de nocte consurgens. strauit asinum suum. ducens secum iuuenes duos. et ysaac filium suum. Cumque concidisset ligna in holocaustum. abiit ad locum quem preceperat ei deus. Die autem tertio. eleuatis oculis. uidit locum procul. Dixitque ad pueros suos. Expectate hic cum asino. ego et puer illuc usque properantes. postquam adorauerimus. reuertemur ad uos. Tulit quoque ligna holocausti. imposuit super ysaac filium suum. Ipse uero portabat in manibus suis. ignem et gladium. Quod abraham de nocte surrexit. significat hoc quod fecit in obscuritate. et enigmate fecit. Duo iuuenes uel duo serui. quos secum ad immolationem filii duxit. et quos cum asino donec ad eos reuerteretur. in ualle cum asino expectare fecit. significat iudeos. in duas partes tempore roboam diuisos. qui ideo non ascenderunt ad locum sacrificii. quia noluerunt credere in passione christi. Quod autem abraham dixit eis. expectate hic cum asino. postquam adorauerimus ueniemus ad uos. significat quod iudei differunt modo conuerti. sed conuertentur tempore antichristi. Asinus autem qui portabat ligna ad sacrificium. significat insensatam stulticiam iudeorum. qui nescientes portabant passionis christi mysterium. in lege sua

scriptum. Triduum autem itineris quo uenerunt ad lo
cum immolacionis. tres mundi etates significat.
Unam ante legem. aliam sub lege. terciam sub gratia.
Ante legem ab abraham usque ad moysen. sub lege a mo
ysen usque ad iohannem. inde a domino tercius dies. id est
gratia. In qua tercia etate. quasi post triduum sacramen
ti sacrificium completum est. Quod autem ligna holocausti ac
cepit de asino et inposuit ysaac. significat quod passionem
filii sui. que scripta erat in lege stultorum iudeorum. inpo
suit deus pater filio suo. Et sicut ysaac portabat ligna sacri
ficii sui. ita et ipse baiulauit sibi crucem. Sed notandum
est. quod portare ligna ad holocaustum sacerdotis officium
est. Dum ergo ysaac occidendus portat ligna. ostendit quod ipse
erit sacerdos et hostia. Abraham uero portat ignem et gladium
Quod autem dicitur. pergebant ambo si[illegible] in manibus
simul innuit nobis. quod cum abraham uel sacrificaturus
ignem portet et cultrum. ysaac uadit post ipsum. sed cum ipso
ostenditur cum ipso pariter fungi sacerdotio. Moraliter autem
quod abraham respiciens. uidit locum a longe. et dixit ad pue
ros. Sedete hic cum asino. ego et puer ibimus usque illuc pro
perantes. Postquam adorauerimus. reuertemur ad uos. signifi

cat se credidisse. qd ecia si puerū occideret. ds posset mortu
um suscitare. & p eum pmissiones suas adimplere. Et
respiciens abraham. uidit post tergū suū arietem int
uepres herentē cornib. Cornua arietis. qb herebat i
t uepres. significat doctinam & parabolas dni. qb;
quasi cū uepribs luctabat. dū eis nolentib & repugnan
tib loquebat. Infidelis ppls. in dubitacionē & inquesti
onē uertebat. & ita innocentē dnm. quasi p cornua
retinebat. Et q̄a p dicatio ei. ante dm patrē sine omi
rephensione fuit. ideo aries. n ante faciē abrahe. s;
post tgum ei int uepres erit. significat illos impedim
eū. q̄s dns iam a se abiecerat. & quasi iam posuerat
Quod g ysaac oblatus. s; aries occi post tergum.
sus. significat qd in xpo n est diuinitas mortua. s; inno
cens humanitas. unde & iohs dic. Ecce agnus di. ecce qui
tollit peccata mundi. Et uocauit nom loci illi. dns uidet.
Ideo qd dns p passionē suam. se fec & uideri & cognosci.
sic & centurio. tempore passionis ei dix. Vere. filius dei erat
iste. Vocatus ē g locus ille. usq; in hodiernū diem. dns
uidet. idest uideri fec. sic ibi. nunc cognoui. qd time
as dm. id est feci ut cognoscat. Notandū est eni. omia

que gesta sunt ad visionem pervenerunt. id est ut omnia spiritualiter

Et vocavit angelus domini abraham secundo de [illegible] uidevim.
celo dicens. Per memet ipsum iuravi dicit dominus. propter quod fecisti
verbum hoc. et non pepercisti filio tuo dilecto propter me. benedi
cens benedicam te. et multiplicabo semen tuum sicut stellas ce
li. et sicut arenam que est in litore maris. Hec eadem videntur
superius dicta esse et facta. et promissa fuisse. considerantibus
videntur expetita. sed longe diversa. Quia enim abraham futu
rus erat pater eorum. qui secundum carnem occidendi erant. ideo cir
cumcisionis sue tempore. datur eis repromissio que ad ipsum
circumcisionis pertinet. et quia pater erat futurus. eorum qui ex fi
de sunt. et qui per passionem christi venerunt ad hereditatem. ite
ratur promissio tempore passionis ysaac. que pertinet ad christia
num populum. Illa ergo que dicta sunt. sicut scriptum est. Et e
duxit eum foras. scilicet de tabernaculo. et dixit ei. Respice
stellas celi. si numerari possis. sic erit semen tuum. Ubi
autem secundo repetitur repromissio. locutus est ei de celo. Prima ergo de
terra. secunda de celo. In illa fit tantummodo sermo. in ista inter
ponitur iusiurandum. Illa non habet posita causa. cur data
sit. sed tantummodo. eduxit eum foras. et ostendit ei stellas celi.
et dixit ei. Sic erit semen tuum. Hic autem addit causas. propter

q̄m sit iuramento . pmissione firmā futurā . Hic enim .
Quia n̄ pepcisti filio tuo . Ostendit g . q̄ ꝓpt oblationem
uel passione filii . pmissio firma sit . euident designās .
q̄ ꝓpt passione x̄ ꝑ ꝑplo ex gentib; . q̄ ex fide ē abrahe . ma
neat firma pmissio . de xp̄o g 7 de xp̄ianis dicit . Multi
plicabo sem̄ tuum . sic stellas celi . 7 sic harena que est
in litore maris . Nullus eni iam pene locus . ubi n̄ uenerit
opinio euglii . que ecia in p̄mo homine . p̄figuratu est .
quando dn̄s ei dix . Crescite 7 multiplicamini . 7 reple
te t̄ram . Et bene cparauit sem̄ abrahe stellis . xp̄ianos
significat ꝓpt lucē fidei . p arenam aut̄ significat iude
os . ꝓpt grauitatē cordis . uel q̄ in utroq; ꝑplo sunt q̄da
cparandi stellis . q̄dam cparandi arene maris . Qd aut̄
adiungit . sem̄ tuū possidebit portas inimicoꝝ tuoꝝ .
id est sem̄ dn̄abit̄ q̄nq; sensib; sui corporis . p q̄s diabo
lus 7 exercitus ei' . ad mentes mās intrat 7 exit . M or
tua aut̄ sara . emit abraham speluncam quadringen
tis siclis argenti . 7 sepeliuit ipām in ea . Erat aut̄
spelunca duplex . respiciens mambre . Mors sare
sepelicio . in duplici spelunca . significat bonum
defectū anime . qd̄ huic sclo morit̄ . ut dō uiuat in

duplici requie. id est in acione bone conuersacionis. et in contemplacione diuinitatis. Quod autem quadringentis sicli argenti emitur huiusmodi sepultura. scilicet quod dilectio dei. per quam contemplatiua uita ducitur. et dilectio proximi. per quam postmodum actiua uita tenetur. diuiduntur in quatuor. sic dicitur in euangelio. Diliges dominum deum tuum. ex toto corde tuo. et ex tota anima tua. Hec tria. per que distinguitur dilectio dei. et proximum tuum sicut te ipsum. Hoc quartum. Quod autem eadem sepultura dicitur mambre respicere. significat quod homo qui actiuam et contemplatiuam uitam uult ducere. solum deum debet perspicere. Mambre enim interpretatur perspicacia.

Erat autem abraham senex. dierumque multorum. et dominus in cunctis benedixerat ei. Dixitque ad seruum seniorem domus sue. qui preerat omnibus que habebat. Pone manum tuam super femur meum. ut adiurem te per dominum celi et terre. ut non accipias uxorem filio meo. de filiabus chananeorum inter quos habito. sed ad terram et cognationem meam proficiscaris. et inde accipias uxorem filio meo ysaac. Senior seruus. prelatus domus abrahe. est uetus testamentum. et propheticus sermo. qui tunc iurauit abraham. super femur suum. quando prophetauit. quod de semine et de femoribus eius essencialiter nasceretur christus.

q̄ n̄ de filiab' chananeor. id est de fragilib' & mobilib;.
de uicio in uicium. Canaan enim motus eor. Beata autem
uirgo maria. n̄ fuit in peccatum flexibilis & pna.
qd eciam idem ppheticus sermo. qui eam debet ysaac
adducere affirmat. q̄ quasi uirit. dum eam comparat uir
ge. Egredietur inquid uirga de radice ysse. & flos de radice
ei' ascendet. Iurauit quoque ppheticus sermo abrahe. ut n̄ acci
pet filio ei' uxorem de filiab' fragilium. s; pocius de gene
ratione sua. id est de beata maria. celibem uitam ducente.
que celeps uita. deo & angelis ē cognita. Profectusq;
est quoque seruus in mesopotamiam. cum decem camelis. & faci
ens camelos accumbere. uespe iuxta puteum aque. eo
tempe. quo mulieres solent egredi ad hauriendam aquam.
uidit uenientem rebeccam. habentem ydriam in scapula.
uirginem pulcherrimam. & incognitam uiro. Decem cameli.
significant decem pcepta legis. que ppheticus sermo
adhuc cottidie psentat sponse xpi. hec decem pcepta le
gis. Ppheticus sermo iuxta puteum aque. uespe accum
bere. dum baptismum fidei nr̄e ostendit. in fine sc̄li lege
moysi pcellere. & decalogum infertius ee. Vespe in fine fe
cit camelos iuxta puteum acumbere. scilicet eo tempe.

q̊ solent mulieres egredi ad hauriendam aquā. Mu
lieres significant fragiles & debiles. qui mũde & quasi
uespe mundi. uenerunt haurire aquam fidei. Ideo q̇
ut dn̄s in fine mundi nat̃ ē. q̇a si ante uenisset. mund᷒
n̄ credidisset. Q̇d aut̃ rebecca habebat ydriam in sca
pula. significat q̇d synagoga orta. p̊mitiua eccl̄a por
tabat legem moysi. q̇ cū difficultate. p̄ceptoꝝ suoꝝ ig̊na
bat. Q̇d aut̃ decā dicit̃. q̇d uirgo erat pulcherrima & in
cognita uiro. quasi duplex castitas innuit̃. scilicet me
tis & corporis. Et uere q̇ndo d̄s uiuꝫ ēē eccl̄am. p incarna
cionis sue mysteriū. inuenit ip̄e beatam mariā. que fu
it matia illi᷒ cunctionis. mente & corpore castam. Q̇d
aut̃ puteus ext̃ op̄idū est. significat q̇d fide q̇m in bap
tismo accepim᷒. quasi extra humanā quersacionē su
mus. & ēē debemus. Unde & beat᷒ iohs dic̄. Hec ē uicto
ria que uincit mundū. fides n̄ra. Quos aut̃ seruus
signū p̄sp̄itatis sue. & matrimonii dn̄i sui. quesiit di
cens. Igͭ puella cui dixero. inclina ad me ydriam tuam
ut bibam. & illa responderit bibe dn̄e. & camelis tuis
dabo potū. ip̄a est eni q̇m p̄parasti seruo tuo ysaac. sig
nificat q̇d idem p̄pheticus sermo manifestat. q̇d d̄s no

luit ad redemptionē uenire. donec eadē abhominū secū
ad credendū parata eēt. Unde & ipse ꝓpheticus sermo. sub
ꝑsona dn̄i dic̄. Adiuro uos filie ierl̄m. ꝑ capreas ceruosq;
camporū. ne suscitetis neq; euigilare faciatis dilectā.
quousq; ipsa uelit. Hinc & ipse sponsus in euḡlio dic̄ disci
pulis. In uiam gentiū ne abieritis. & in ciuitate sama
ritanorū ne intraueritis. Tunc autē dix ꝓpheticus sermo. spō
se xp̄i. inclina ydriam tuam ut bibam. quando annun
ciauit legem moysi cessaturam. & auro synagoge depo
nendā. Notandū ē autē. coniunctionē ꝑ aquā putei fieri. id
ē ꝑ instructionē diuini eloquii & baptismatis. Ideo autē
cōparatur sc̄a scriptura & baptism⁹ nr̄ puteo. quia sic in pu
teo latet aqua que lauat. ita & in sc̄a scriptura & in aqua
nisi baptismatis latet mysteriū. quod nos ab originali pec
cato purgat. & purgando nutriat. Nec alibi inuenit̄ ser
uus. nuntius harum nuptiarum. nisi iuxta puteū. Sed & rebecca
ducta ad ysaac. inuenit eū iuxta puteū. cuius nomē ē ui
uentis & uidentis. Vides itaq; ueteris & noui testamenti ꝯso
nas formas. ubi inuenitur rebecca portans aquā de puteo. Hic
coniungitur eccl̄a xp̄o. in unitate fidei lauacro. Sed potest queri.
si puer tenet ꝓphetici sermonis. quomodo portatur a rebecca

cum ipse eam magis portari deberet. ideo quia sancta ecclesia ubi
scriptura et ueteris testamenti non potest intelligi, et quasi
fatigatum deficit. quia sancta ecclesia spiritalem ei sensum adhibens,
intelligibilem facit et quasi deficientem reficit. Rebecca
ergo secuta puerum. uenit ad ysaac; similiter ecclesia secuta prophe
ticum et ueteris legis testimonium. uenit ad christum; que tamen
cameli dorso ducitur. quia ad christum de gentilitate ecclesia properat.
intortis uitiosisque uite ueteris conuersationibus inuenitur. Que
ysaac uiso descendit. quia domino cognito uitia sua gentilitas
deseruit. et ab elacione celsitudinis ima humilitatis pe
tit. Que etiam uerecundatur. pallio uelatur; quia coram eo
de errore huius operis uite confunditur. Quod uero inclinato iam die.
ysaac egressus est in agrum; hoc designabat. quod extremo
tempore huius mundi. uel in fine diei ueniens christus. quasi
in agrum foras exiit. quia cum sit inuisibilis; sed tamen
inuisibilem in hoc mundo ueniens ex gentibus demonstra
uit. Inuenit autem ecclesia eum ad puteum uisionis; id est in con
templacione et intelligentia ueritatis. Quod autem abra
ham dicitur mortuus plenus dierum; significatur consumma
tos in luce. uere fidei et noticia ueritatis. Quod autem
abraham. post obitum sare ceturam duxit uxorem; non propter

ꝯtinentiā fec̄. cum iam eēt grandeuus p senectute. Cū
apls dicat; n̄ infirmatus ē fide. nec ꝯsiderauit corpus
suum ee mortuum. cū fere centum eēt annoꝝ. q, emor
tuam uuluam sare. Sciendum ē ḡ. qd̄ fere abraham fec̄.
ꝓphecia fuit. Sic ḡ agar ⁊ ismahel. significant carnales
ueteris testamenti. sic cetura. Cetura aūt ītpretat̄ uin
ma. q, filii eī significant hereticos noui testamenti. S;
utreq; dicunt̄ ꝯcubine. sola sara uocat̄ uxor. Et sic ab
raham dedit ysaac filio suo cuncta que possederat. sic ds̄
dedit filiis eccle̅ celeste̅ uitam. ⁊ se ipm̄ sic ipe dn̄s dicit
in eu̅glio. Nolo pat̄. ut ubi ego sum. illic sit ⁊ minister
ms. Filiis aūt ꝯcubinaꝝ. largitus ē munera. qa hereti
ci utrusq; testamenti dedit aliquā scientiā. q, legis mōy
si ⁊ eu̅glii. S; tam̄ separauit eos a filiis eccle̅. sic abra
ham de ysaac. q, de filiis ꝯcubinaꝝ fec̄. Quod de ysma
hel dicit̄. qd̄ coram cunctis frīb9 suis obiit. cum nullum
frēm ysaac ⁊ filios cetur̄e abuerit. q, cū ab illis olim sepa
ratus fuerit. sciendum ē in hoc loco filios eī ⁊ n̄ frēs debe
re intelligi. frēs etiam ponit iacob p filiis. dum ad la
ban dic̄. Ponat̄ coram frīb9 tuis. ut iudicent int̄ nos. Non
enī legim9 alios frēs iacob ibi habuisse. n̄ liberos suos.

ysmahel qui coram cunctis fratribus suis. id est in manibus omnium
filiorum suorum mortuus est. quia post semini filiorum suorum filiis. nullo
Quod dominus respondit rebecce. ... prius mortuo.
due gentes in utero tuo sunt. quia duo populi ex utero tuo diui
dentur. populusque populum superabit. et maior seruiet minori. Histo
rialiter etiam est impletum in hoc. quod filius iacob per dauid regem
superauit ydomeos. qui sunt de tribu esau. quia fecit eos tributarios.
usque ad illum regem. sub quo rebellauerunt. quia ismahelitum
iugum a ceruice sua excusserunt. Spiritaliter autem significant
hii duo filii rebecce. iudeos et gentiles conuersos. Esau ma
ior natu. significat iudeos qui gentiles precesserunt. et hoc quod
noticiam unius dei. et legem dei acceperunt prius. quia qui a legem
adhuc iuxta litteram intelligunt et implent. quam christiani spiritaliter
custodiunt. quasi christiani seruiunt. dum quod spiritaliter facere de
beant. historialiter ostendunt. Esau autem qui prius egressus
est. rufus erat. et totus in morem pellis hispidus. Vocatumque est
nomen eius esau. id est rufus. uel sanguineus. Iudaicus enim
populus est rufus. quia dum per sanguinem yrcorum et uitulorum se credit sal
uari. est sanguine aspersus. Est etiam hispidus et asper. quia aspera pre
cepta legis implet. Precepta enim legis sunt aspera. que di
cunt. Oculum pro oculo. dentem pro dente. Et bene comparantur

asperitas eius pellis asperitati. quia sicut ex ipsa pelle nascuntur pili.
pro quibus pellis aspera est. ita ex ipsis iudeis. nata est legis asperitas.
Ex duricia enim cordis eorum. est ita data dura lex. sicut et dominus in e-
uangelio dicit. Ad duriciam cordis uestri. precepit moyses dari li-
bellum repudii. ab initio autem fuit sic. Alter autem egrediens.
plantam fratris tenebat manu. qui idcirco appellatus est iacob. Christi-
anus enim populus. dum legem moysi quam iudei conculcant. spiritaliter
implent. quasi esau per pedem tenet. Pauci enim fuerunt. qui legem
moysi implere uellent. sicut et dominus dicit. Nonne moyses dedit
uobis legem. et nemo ex uobis facit legem. Vel si aliqui implere uo-
luerunt. non potuerunt. sicut et beatus petrus dicit. Vt quid uul-
tis iterum populo imponere iugum legis. quod neque nos neque paren-
tes nostri potuerunt portare. Factus est autem esau gnarus
uir uenandi. et homo agricola. Iacob autem simplex. habitauit
domi. uel in tabernaculis. quia in iudaico populo nolente pla-
cere deo per exteriora sacrificia. et superficiem litterae legis. conuersus
est christianus populus ad conscientiam cordis. qui dum se erga creatorem
suum errasse cognouit. quasi non extra se. sed in domo mentis
Coxit autem iacob edulium lentis. quod dum .y. habitauit.
concupisset esau. dedit ei. primogenitis eius acceptis. Primoge-
nita autem erant quaedam consecuta uestimenta. quibus primoge-

nui filii utebantur. solo tempore quasi sacerdotes. Lentis
autem natura est et cito crescere: quia subito coqui et ilico consumi.
Sic etiam rufe nature. Unde competenter assimilatur passioni
domini: que momentanea et cum effusione sanguinis fuit.
Iacob ergo coxit edulium lentis: sed non comedit. Quia christia-
nus populus tempore dominice passionis paganus erat. Coxit
dominicum corpus: aqua momentanei torrentis. sed non est im-
putatum ei. Esau autem comedit: quia quasi in uiscera sua trans-
misit dum dixit. Sanguis eius super nos: et super filios nostros.
Abiecto ergo edulio lentis. accepit iacob primogenita fratris:
quia tunc passio domini non est imputata paganis. obtulerunt
se domino quasi sacerdotes: in odorem suauitatis.

Orta autem fame super terram: abiit ad abimelech regem
palestinorum in gerera. Qui cum interrogaretur a uiris il-
lis super uxore sua: respondit. Soror mea est. Cumque
ibi moraretur: uidit eum abimelech ludentem cum ea. Et inte-
coniugem eius esse cognouit: quando eum cum ea ludentem
uidit. Tunc enim deus cum ecclesia ludit: cum per nimia dilectio-
ne eius formam nostre mortalitatis assumpsit. Notandum
est. quod hoc factum sit in gerariis: quod interpretatur maceria.
uel sepes: quando enim deus opposuit sue deitati maceriam

uel sepem nostre carnis. Et quasi cum sponsa sua ludit et ei condescendit.

Ut postquam dominus benedixit ei. uenit ad torrentem gerare. et fodit puteos. quos prius foderant serui patris sui abrahe. et philistei obstruxerant eos. Appellauitque eos isdem nominibus. quibus antea pater uocauerat. Gerara interpretatur maceria uel sepes. Christus ergo ueniens ysaac. qui pro nobis oblatus. uenit auferre maceriam uel sepem. que nos et dominum separabat. Venit inquam auferre. et hoc per torrentem passionis sue. Cum ergo uenisset in uallem gerare. cepit uocare puteos. id est mysteria sancte scripture. quos foderant pueri patris sui. id est patres ueteris testamenti. et quos philistei terra repleuerant. id est quos philistei carnaliter iuxta nudam litteram intelligebant. et spiritalem intellectum claudebant. Uideamus autem quomodo eos foderit. cum apostoli transirent per segetes. sabbato uellebant. et spicas confricantes manibus manducabant. Tunc ergo dicebant ei illi. qui terra repleuerant puteos patris eius. Ecce discipuli tui faciunt sabbatis quod non licet. Ille ut terrenum eorum foderet intellectum. dixit ad eos. Non legistis quod fecit dauid. cum esuriret ipse et qui cum eo erant. quomodo intrauit ad abiathar sacerdotem. et panes propositionis manducauit ipse et pueri sui. quos non licebat manducare. nisi solis sacerdotibus. Et his addit. Si sciretis quid est misericordiam uolo et non sacrificium.

numquam utique condempnassent innocentes. Sed illi ad hoc quod
referuntur, rixati sunt cum pueris eius et dicunt. Quia hic homo
non est a deo, qui non custodit sabbata. Hoc ergo modo fodit pute-
os ysaac, quos foderant pueri patris sui. Quod autem ab eis disces-
sit. cum secum rixarentur, hoc est quod in euangelio dicit. Ecce relinquetur
uobis domus uestra deserta. Et hoc est quod apostolus dicit. Quoniam repulistis uer-
bum dei, quia indignos uos iudicastis eterne uite. ecce conuertimur
ad gentes. Duo autem priores putei sunt, lex et prophetie. Tercius autem
gratia euangelii, qui ideo appellatus est latitudo. quia tunc dilatatum
est nomen dei, cum ipse notificauit scientiam sancte trinitatis. post enim
erat deus tantummodo in iudea notus. Quod autem idem nominibus uoca-
uit puteos. quibus nominibus abraham eos appellauit, signifi-
cat quod ipse nomina eorum non mutauit, sed intelligentiam. Moraliter
autem ysaac. apud alienigenam gentem puteos fodisse describitur,
quo exemplo discimus. ut in hac peregrinatione positi, cogita-
cionum nostrarum profunda penetremus. Et quousque nobis uere intellige-
tie aqua respondeat, nequaquam nostre inquisicionis manus
ab exaurienda cordis terram torpescat. Quos tamen puteos
alii considerantes replent, quia inmundi spiritus. cum nos studiose
confodere conspiciunt, congestis nobis temptacionum cogitaciones
Quod propheta ex persona domini dicit. In manibus . emergunt

pphiaȝ assimilatus sum! significat qđ cū filius dei n̄ possit
ppartes diuidi · in actib; tam̄ pphiaȝ ⁊ uerbis diuersus os
tendit! sic ⁊ ysaias eum significauit · Oblatus ē! ⁊ aries
occisus · Ipē etiam fuit angls! q ad abraham dic̄ · Ne in
iciās manum tuam sup puerū · Ipē agn⁹ · ꝗ ipē pastor! ꝗ
ipē pontifex · q sese pmisit nob · sacficiū offert! ⁊ ipē
sponsus · ⁊ ipē sponsa! sic ⁊ pphia de psona ipi⁹ dic̄ · Tanqm
sponsa · posuit mitram m! tanqm sponsam ornauit me
ornamento · Sic ḡ ipē dn̄s · p loco ⁊ tempore! formam sui ·
multis similitudinib⁹ accōmodat! ita etiam sci · sic ysa
ac de q legim⁹! qđ ascendit ad puteum iuramenti · ꝗ ap
paruit illi dn̄s · Qđ ysaac duo significet! testat apls q dic̄ ·
Ismahelem iudeos significare · ysaac ū xpianos · Nō in aūt
a patre dictum ē ad immolandū! significat xpm · Nec ḡ
terreat figura hec! ū legit ascendisse ad puteum iuramenti ·
Putei iuramenti · sunt obscure pphecie scōꝝ! in qb⁹ dn̄s
iurauit · qđ ipē eēt sacerdos in etnū! scđm ordinē mel
chisedech · Ad puteū iuramenti apparuit ei ds! futura in
eo pmissa ɔfirmans · Edificauit ibi ysaac altare! ꝗ fixit
tabernaculū · Tabnaculū aūt non est firmū · s; resoluen
dū! ꝗ significat uetus testamentū · In nouo aūt testamto ·

n̄ significat tabernaculū. s; lapideū collocatū fundamentum. sic ⁊ apls dic. Fundamentū nemo aliud ponere potest. nisi id qđ positū ē. Abimelech aūt. q̄ cum duob' amicis uenit ad ysaac pacē facere. significat sapientes istius mundi ⁊ philosophos. q̄ nec in omnib' concordant diuine legi. nec in omnib' discordant. unū enī dm̄. q̄ cuncta creauit fatent'. Discordant aūt. cū uitas hominū. secdm̄ constellacionē affirmant rē. Illi aūt duo. q̄ cū illo uenerant. id est ochozat gener ei'. ⁊ ficoh dux exercitus ei'. Ipē abimelech significat mundanā philosophiā. que int' tres partes diuidit'. loycam. physicam. ethicam. Racionalis aūt est illa. que dm̄ confitet' patrē q̄m philosophiam. significat abimelech. que interpretat' pat' m̄s rex. Naturalis aūt philosophia ē que fixa ē. ⁊ tenet omīa uelut ipi' nature uirib' nitens. qđ significat ochozat. q̄ tenens interpretat'. Moralis aūt qđ in ore omium uersat'. ⁊ qđ ab omīb; intelligit' ⁊ laudat'. qđ significat fichol. q̄ os omium interpret'. Et qđ ysaac eis dicit' fecisse conuiuiū. significat qđ apls dic. Sapientib' ⁊ insipientib'. debitor sum.

Senuit aūt ysaac. ⁊ caligauerunt oculi ei'. ⁊ uidere n̄ poterat. Isaac dm̄ patrē significat. Rebecca que

interpretatur pacientia. et significat gratiam sancti spiritus. que iniquita-
tes nostras tolerat. et pacientiam nobis inspirat. Esau autem qui inter-
pretatur sanguineus. sacrificium deuotum. Jacob autem qui interpretatur
supplantator. significat populum christiane fidei. qui in locum iudeorum
intrauit. Ysaac uero senuerat. Quia labente tempore adhuc nun-
tia dei peruenerat. aut in pacientis ualeret. Oculi autem caligauerant.
quia pauci erant digni a deo respici. Quod dicit quod uidere non pote-
rat. non omnino dicit quod non posset uidere. sed omnino dicit quod ho-
mines per liberum arbitrium. ad tantum errorem per culturam ydolorum
deuenerant. quod deus non poterat eos uidere. et propter duriciam cor-
dis sui misericordiam suam illis exhibere. sicut in euangelio dicitur. Non
potuit ibi facere miraculum. uel quod ignoraret mortis sue.
etiam si mortalis sit. Vocauitque ysaac filium suum maiorem.
et dixit ei. Vides quod senuerim. et ignorem diem mortis mee. Non
quod deus mortalis sit dicit hoc. quod fere mortuus sed extinctus sit
in cordibus hominum. Et quia dei est peccatum et peccatores nescire.
dicit se diem extinctionis sue in cordibus hominum ignorare.
Sume arma tua. farettam et arcum. et egredere foras. Fa-
retra in qua iacent sagitte. significat legem moysi. in
qua scripta continentur. aspera precepta data. ad duriciam huma-
ni cordis. Arcum etiam cum faretra sumere precepit. quia

inipa lege. ubi inuniera[illegible]ces sagitte sunt posite sunt conti
net. racio & significatio. cur celestis arcus post diluuiū
sit positus. q̄a enī in arcu est igneus color & aquaticus.
significat arcus. primum iudiciū qd̄ factū est ꝑ aquam.
& scd̄m qd̄ futurū est ꝑ igne. & sic arcus alonge ferit.
ita t̄ror futuri iudicii. alonge t̄ret ꝑcutit. Quando ergo
iudaicus ppl̄s. accepit in lege a ꝑpa p̄cepta. tunc quasi
faretram sumpsit. Quando aut̄ non solum iuxta litte
ram. s; eciam iuxta significatione positus ē arcus in
nubib;. ob recordatione federis dn̄i. tunc & arcum sum
sit. Egressus ē aut̄ foras. quando relicto sacrificio con
tribulati cordis exterioribus sacrificiis. qd̄ lex p̄cepit
se mancipauit. In hoc aut̄ qd̄ dic. cumq; uenatu aliquid
attuleris. facito inde pulmentū. sic uelle me nosti.
& affer ut comedam. & benedicam tibi ante quā moriar.
Sciendū qd̄ uenatio n̄ habet nisi caro. uel quia iudaicus
ppl̄s. p sacrificia carnis deo placere uolebat. quasi uena
tor erat. Qd̄ aut̄ dic. facito inde pulmentū sic uelle me
nosti. innuit iudaico ppl̄o nichil ualere. sacrificia sua.
nisi fiunt iuxta uoluntatē dei. sic ipsa lex dic. Si recte of
feras. & recte n̄ diuidas peccasti. Qd̄ aut̄ adiungit. Ite

affer ut comedam. & benedicat tibi anima mea antequam
moriar. id est michi ascribe quod ab errore infidelitatis reuo
catus es. ad noticiam unius dei. per sacrificia legis. Ideo enim
precepta sunt sacrificia. in lege offerri. ad honorem unius
dei. quia aliter non potuit populus a sacrificiis ydolorum retineri.
nisi aliqua sacrificia concederentur. Concessa sunt ergo ei. sed ita.
ut fierent ad honorem unius dei. Hic ergo. Affer michi de uenatio
ne tua ut comedam. id est ut intra deitatis mee aulam.
& benedicam tibi antequam moriar. id est antequam
ex toto per culturam ydolorum uite extinguar. Quod
cum audisset rebecca. & ille abisset in agrum ut iussionem
patris expleret. dixit filio suo iacob. Audiui patrem tuum
loquentem cum esau fratre tuo. et dicentem ei. Affer michi de ue
natione tua. & fac cibos ut comedam. & benedicam
tibi coram domino. antequam moriar. Nunc ergo fili mi acqui
esce consiliis meis. & pergens ad gregem. affer michi duos edos
optimos. ut faciam ex eis escam patri tuo. quibus libenter
uescitur. Quas cum intuleris et comederit. benedicat tibi
priusquam moriatur. Rebecca interpretatur pacientia. & sig
nificat gratiam spiritus sancti. que iniquitates nostras tollerat.
& que pacientiam nobis inspirat. Hac ergo gratia esau ex

teriorib; facſicut intento dix . q intimauit iacob p im
nam aspiratione . quo audiuiſſet dm patre . omnino lege
dediſſe iudeis . 7 oblationes que in lege gtinent . ne ipse
de ineis moreret . 7 hec gra misit eu a grege ut inde ad
ferret duos edos optimos . Duo edi significant . duos peccores
pplos . gentiles 7 iudeos . qui tc fuerunt optimi . quando di
uina gra inspirante separauerunt se de grege ifidelium .
q se peccores gfitentes . guersi sunt ad dm . Qd aut dic . qd
ysaac libent uescat edinis cibis . hoc e qd dns p pphã dic .
Nolo morte peccatoris . s; ut guertat 7 uiuat . Et alibi . Con
gratulamini m . qa inueni oue qm pdideram . S; notan
du est . qd iacob significat gentiles . q si ipe affert duos
edos . tunc 7 se ipm affert . q iudeos . Querendu est . qa diui
na gra pueniti . sponte sua ad fidem uenit . Unde q dns p si
mile dic discipulis . Uidete regiones . qa iam parate sunt
ad messem . Iudeos eciam obtulit . qa multos ex exemplo
suo . 7 pdicatione . post ea guertit . Iacob aut respondit .
Nosti qd esau fr ms pilosus sit . q ego lenis . Si adtrectaue
rit me pat ms 7 senserit . timeo ne putet me sibi illdere
uoluisse . q inducat sup me maledictione p benedictione .
Sca eni eccla . psciuit p spm scm . qd pceptu x uent leua

respectu asperitatis legis. Unde et ecclesia in canticis canticorum dicit. Osculetur me osculo oris sui. quia meliora sunt ubera tua vino. id est melior dulcedo evangelii. quam asperitas legis. De hac levitate nostre fidei. dicit ipse in evangelio. Tollite iugum meum super vos. Iugum enim meum suave est. et onus meum leve. Quia ergo sancta ecclesia per spiritum sanctum praescivit. fore legem evangelii. per quam celorum optineret. quod iudaicus populus non potuit per asperitatem legis. quasi pro ludo reputavit. tam facilem viam sue salvationis. Et si tam facile posse salvari. si crederet ex humana fragilitate. timuit ne quasi deo illuderet. se si tam facile salvari crederet. Et dum quod crederet non posse fieri. timuit se magis iram dei incurrere. quam misericordiam mereri. Sed huic dubitationi humane fragilitatis occurrens divina gratia. in me sit ista maledictio fili mi que dico. Ista maledictio fili mi. quam times te incurrere. id est lex evangelii. quam tu suscipies. erit levior asperitate legis. non maledictio sed benedictio. quia si legem evangelii susceperis et impleveris. in die iudicii benediceris. dum deus dicet electis. Venite benedicti patris mei. percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Et utinam maledictio quam times. quia quam maledictionem esse dicis. ego autem dico esse benedictionem. in me sit. id est utinam eam mihi ascribas semper. quia

n̄ tuis meritis. Qui gl'atur! in dn̄o glorietur. Iacob autem sciens.
diuina gr̄a inspirante! quod consilio matris. posset consequi benedictio
nem patris! abiit ad considerationem benedicionis. ad scientiam
sui peccati! et sui erroris. et adtulit et commendauit se diuine
gratie! quasi matri. Parauit illa cibos. sicut nouerat uelle patrem
illius! quia diuina gratia inspirauit. erranti populo! ut talem se ad
suscipiendam fidem pararet. ut preparatio fidei eius deo placeret.
Et uestibus esau ualde bonis. quas apud se habebat domi re
conditas! induit eum. quia lectione scripture misteriis quas in domo
sua scilicet synagoga habebat! erudiuit eum. Et bene dicit
ualde bonis! quia melior est spiritalis intelligentia. quam nuda
littera legis. Unde et postea dicit eam subtexisse nuda colli. pellicu
lasque edorum circumdedit manibus! quia inspirauit ei. ut postquam
peccata sua in se occidit in omnibus operibus! suis ostendat. aliqu
aspera signa illius spiritalis occisionis! id est postquam fidem christi su
scepit. agat penitentiam sui erroris preteriti! et talem asperitatem
asumat. ex affectu proprie uoluntatis. qualem iudei habent in
cute. id est sine sponte! et iugo legis. Hoc est sponte. manibus
edorum pellibus circumdare! unumquemque per asperitatem bone opera
cionis. et bone uite ostendere! peccatum occidisse. Quod autem adiun
git. Et colli nuda protexit. id est nuda predicatione ueteris legis

spūali intelligentia ornauit me. Deditq; pulmentū.
& panes quos coxerat tradidit. Panes significant di-
lectionē dī & pximi. excellit oīa pcepta legis. Tam̄ di-
t̄didit ei pulmentū ex edina carne. quando fec̄ eū cog-
noscere. se peccatorē eē. Panes etiam t̄didit. cū dilectio-
nē dī & pximi inspirauit. Quibus illatis. dix. Pat mi.
At ille respondit. Audio. Quis es tu fili mi. Dixitq; iacob.
Ego sum esau primogenitus tuus. feci qđ pcepisti m̄. Non
qđ esau eēt nomine. s; qa hoc faciebat. qđ esau debu-
it facere. scilicet legem implens spūalit. quā esau
implebat carnalit. Unde & adiungit. feci sic pcepisti
m̄. Tale ē illud. qđ dn̄s dic̄ in eugl̄io. Et si uultis audire
iohannē. ipē est helyas. Surge & sede & comede de uena-
cione mea. ut benedicat m̄ aīa tua. In quo notandū est.
qđ uenacionē offert patri sic esau. S; hec distantia est
int eoꝝ uenationē. qđ uenacio esau. fuit agrestis & exterior.
Venacio aut iacob fuit domestica. qa dū esau uult place-
re dn̄o. exteriorib; sacrificiis. inuenit iacob domi. id est i
conscientia mentis. sacrificiū contribulati cordis. qđ exteriori
sacrificio preualuit. Prius aut dn̄s. uolens eū ad hoc pducere.
ut fateretur se ad tantā grām duci. n suis meritis. S; diui-

na uoluntate ait. Quomodo tam cito inuenire potuisti fili mi. Qui respondit. Uoluntas dei fuit. ut cito mihi occurreret quod uolebam. In quo notatur. hoc deum uoluisse prius. et postea se. Dixitque ysaac. Accede huc. ut tangam te fili mi. et probem utrum tu sis filius meus esau an non. Iacob enim confessio. quod uoluntas dei fuit. ut cito occurreret euangelium. ad fidem conuertendi. dignum fuit ut prius accederet. et sic deum tangebat fide. ita etiam tangeret eius dei cognitione. Et quia deus prius elegerat iudeos in populum. gentiles autem quasi nesciebat. ideo iacob se scire dissimulat. Accessit ille ad patrem. et palpato eo dixit isaac. Vox quidem iacob est. sed manus manus sunt esau. Quasi dicat. uox quidem illa dissimilis est uoci iudeorum. Et bene dicit. quia cum iudei doceant implendum. diliges amicum tuum. et odio habebis inimicum tuum. christiani econtrario predicant custodiendum hoc. quod precipit euangelium. Diligite inimicos uestros. benefacite his qui uos oderunt. Vox ergo est dissimilis. sed manus corporis est similis. quia qualem asperitatem habent iudei in cute. id est sponte ex iugo legis. talem asperitatem sponte habent christiani per penitentiam preteriti erroris. Unde et adiungitur. Et non cognouit eum. quia pilose manus similitudinem maioris expressit

serant. Non eedem manus erant. s; dic̄ qđ similitudinem
maioris expsserunt. Ideo aut̄ dicit̄ eū non cognouisse. q̄a
pus dn̄os iudeos elegerat q̄ gentiles. quasi ignorabat. ut
pote uariis erroribꝰ deditos. Unde ꝛ in psalmo dic̄. Pp̄ls q̄m
n̄ cognoui. seruiuit m̄. Qđ aut̄ seq̄r. Benedicens q̄ illi ait.
Tu es filiꝰ mˢ esau. Potest queri. que benedictio sit ista. Ex
quo sciendū est. qđ benedictio apud antiq̄s. n̄ fiebat solū
m̄ uerbis. s; q̄cq̄d boni aliq̄s alteri faciebat. benedictio
erat. Unde ꝛ axa querens irriguam t̄ram. a patre suo dic̄.
da m̄ benedictionē nimiū. arentē dedisti. da m̄ irriguam.
Ergo si axa uocat benedictionē patr̄ n̄ uerba. s; beneficiū.
similit̄ s̄cs moyses. uocat benedictionē. q̄m ysaac recog
nosceret iacob. sic̄ esau in filium. Constant enī legendū
est. tu es filius meus esau non interrogatiue. ut benedic
tio sit eum p esau cognoscere. Affer m̄ inq̄d cibos de uena
tione tua fili mi. Quos cum ablatos comedisset. obtulit
ei etiam uinum. Uinū in escam scriptura aliquando sig
nificat asperitatem legis. sic̄ in canticis legit̄. ubi s̄ca ec
clesia. sponso suo dic̄. Meliora sunt ubera tua uino. Ali
quando significat gr̄am eu̅glii. sic ubi aqua in uinū mu
tata. quasi lege euangelium conuersa. architriclinus sponso

dic. Servasti bonum vinum usque adhuc. hoc significat vinum sancte trinitatis. quam evangelium enuntiat fidelibus dei. quia sic vinum per multos labores ad hoc pervenit. ita per multos labores pervenit ad hoc evangelium apostoli. ut crederetur evangelium. Sic enim vinea et foditur et amputatur et pax illi sustentatur. sic sancta ecclesia quasi fossa est per moysen et amputata per prophetas. et sustentata ad fructum producendum per xpm. et eius apostolos. Nec est illa vinea. quam ille pater familias locavit agricolis. et propinqua filium suum ad mortem misit. Huius vinee fructum non reddit. quia erat sub lege. sic nec esau legitur patri suo vinum obtulisse. Iacob autem fructus huius vinee reddidit. quando sancta ecclesia credidit. hec quod moysen et prophete. et quod ipse apostolus predicavit. Nec est illa vinea. de cuius agricolis. dicunt in evangelio iudei. Malos male perdet et vineam suam. locavit aliis agricolis. qui reddunt ei fructum temporibus suis. Sic et in factum est. cum iacob patri suo vinum obtulit. quod esau non fecit. Nec quo vino hausto. ille spiritalis ysaac letificatus. dixit ad iacob. Accede ad me. et da mihi osculum fili mi. signum testimonium vere dilectionis. manifesta per exhibitionem bone operationis. Ille enim deum diligit et osculatur. qui quod credit operatur. Unde et dominus dicit. Si diligitis me. mandata

mea seruate. Et quia sancta ecclesia huiusmodi dilectione sponsum
suum diligit. adiungit. Accessit. et osculatus est eum. Statimque
ut sensit uestimentorum illius fragrantiam. benedicens ait.
Ecce odor filii mei. sicut odor agri pleni. cui benedixit dominus.
Det tibi deus de rore celi. et de pinguedine terre habundantiam.
frumenti et uini et olei. et seruiant tibi populi. et adorent te tribus.
Esto dominus fratrum tuorum. et incuruentur ante te filii matris tue. Qui
maledixerit tibi sit ille maledictus. et qui benedixerit tibi bene
dictionibus repleatur. Vestimenta iacob est sancta scriptura. quam
sanctam ecclesiam gratia dei induit. sicut rebecca iacob. De his uesti
bus psalmista ait. Letabor ego super eloquia tua. sicut qui inue
nit spolia multa. Horum uestimentorum fraglantia. est sancte scrip
ture impletio diuulgata. Quando enim fide christi crescente.
sancta scriptura cepit intelligi et diuulgari. tunc uestimentum
ecclesie. quod prius ad opus esau reconditum latuit. fraglantia
sua longe lateque dispersit. Unde et ysaac benedicens eum
ait. Ecce odor filii mei. sicut odor agri pleni. quem benedixit
dominus. Plenus enim ager. quem repleuit fama christiane fidei.
est totus mundus. Ideo autem dictus est plenus. quando deus tantum
modo in iudea notus. tunc non erat plenus. Et quia non suo meri
to. sed gratia dei illam plenitudinem optinuit. adiungit. Cui

benedix͡e d͞s. Et quia futurum erat. ut q̇dā in scā eccłā ɔtemplatiuā uitā ducerent! & q̇dam actiuā. optando adiungit. Det ṫ d͞s de rore celi! & de pinguedine t͞re habundantiā. Sicut enī ros nocte desup cadit. & quasi nesciente hōie que͞ asp̄git. & aridam t͞ram infundit! sic g͞ra ɔtemplacionis in tenebris hui᷒ uite. subito & nescientib᷒ nob desup infundit! qua arida n͞re carnis diuinis laćmis irrigat᷑͞. & sic cito transit nocturni roris asp̄sio! similit᷑͞ dulcis ɔditoris ɔtemplacio. Et q̇a actiua uita ɔstat. ex his que t͞ra ministrat nob! optat ei uitā. de pinguedine t͞re. scilicet habundantiā frumenti & uini! uel q̇a in sola pinguedine t͞re possit intelligi. oīa que ad actiuā uitam p̄tinent! possum᷒ p habundantiā frumenti & uini. sacͨficiū dn̄ici corporis! q͞d ex his duab᷒ specieb᷒ ɔsistat intelligere. Q͞d aut͞ ait. det ṫ d͞s habundantiā frum͞ti & uini! hoc optat ut talem se exhibeat. p̄pls dī! ut dignus sit sepe frequentare illud. sacro scm̄ mysteriū dn̄ici corporis. Q͞d aut͞ adiungit. & seruiant ṫ p̄pli! id est pagani. Hoc cottidie uidemus impleri! dū p̄ paganis quos scā eccłā sua p̄dicatione ɔuertit. uitā eternam p̄cipit. Nullum enī erit utilius seruitiū. Seruiūt pagani eccłe! dum p̄dicatione ip̄i᷒ ɔuertunt᷑͞. uel dū eam p̄secunt᷑͞. Et q͞d dic. adorent te t̄b᷑! hoc sepe impletū est. dū

q̃n moriar. Ingredere ad balam famulam meam.
ut pariat sup̃ genua mea. ut habeam ex ea filios. Qua
enĩ sunt q̃dam. q̃ inueterati sunt in carnalib' desideriis.
& dũ ɔuertunt̃. statim nitunt̃ ɔtemplatiuã uitã ducere.
s; tam̃ non possunt. Quasi ancille rachelis sunt. quib;
ɔparit̃ balam. Balam q̃ppe int̃pretat̃ inueterata. Nũ
q̃ dum semp̃ ñ possunt diuine ɔtemplacioni inherere ɔ
uertunt̃. ad actiuam quasi imitantes rachel. & dum
exemplo sue ɔuersacionis incitant alios. quasi ammo
nitione rachel pariunt filios. Postquam aut̃ balam pep̃it.
uocauit rachel puerũ dan dicens. Indicauit m̃. exaudi
uit uocẽ meã. significat qd bene iudicasset dñs filio an
cille. Dan enĩ int̃pretat̃ iudicium. id est iudicat dñs in euan
gelio dum dic̃. Si oculus tuus dext̃ scandalizat te. erue
eum ⁊ p̃ice abs te. Rachel uocauit neptalim. id est ɔuersio.
Sciens aut̃ lia. qd parere desisset. Zelpham ancillã
marito suo t̃didit. Qua post ɔceptũ edente filiũ. dix̃ dña
e'. In fortitudine. id est in p̃cinctu. & idcirco appellauit no
men ei' gad. Gad enĩ int̃pretat̃ accinctus. Pep̃it quoq; Zel
pha ancilla alterum. dix̃q; lya. Beatam me dicent muli
eres. Inde ⁊ puer uocatus ẽ aser. id est beatitudo. Habet lya

Zelpham ancillam. que et parit filios. Zelpha enim interpretatur os eius. Quapropter zelpha illos significat. quorum os in predicatione euangelice fidei aut. De quibus scriptum est. Populus hic labiis me honorat. cor autem eorum longe est a me. Qui predicas. non furandum furaris. Veruntamen etiam per tales. illa legitima uxor iacob. scilicet laborans lya. legitimos filios suscepit. sicut et dominus in euangelio dicit. Que dicunt uobis pharisei facite. sed que faciunt nolite facere. Unde apostolus. Siue occasione. siue ex ueritate pariente. de numero sit ecclesie ple

Egressus autem ruben tempore messis triticee ·/· leter. in agrum. reperit mandragoras. quas matri lye detulit. Tempore triticee messis egreditur in agrum ruben. qui interpretatur uisionis filius. qui ideo dicitur actiue uite primogenitus. quia actiuam uitam ducit primum quasi bonam uitam. ex uisu suorum bonorum operum gignit. Et hee sunt mandragore. quas ruben matri sue lye attulit. Mandragora enim est fructus optimi odoris. sed insipidi saporis. significans opinionem redolentem bone conuersacionis. que quidem suauis est audientibus. sed quasi insipida et despiciens suis auctoribus. Tempore ergo triticee messis. egreditur filius lye in agrum. et inuentas mandragoras affert matri. quia dum uisio bone operationis ad noticiam homi

nium exit. bonam famam et redolentem. affert homini actiuam
uitam ducenti. Unde et apostolus dicit. Oportet episcopum bonum testi
monium habere. ab his qui foris sunt. Et quia hoc pluri
ius gloria. aliquando peruenit. quod ad illos qui contemplatiuam uitam
ducunt. testimonio eorum qui actiue uite inseruiunt. ipsi
enim diffamant eos. et loquuntur de eis dicentes. quod mandragoras
rachel a lya quesierit. non contemplatiuam uitam ducentes.
poscant elemosinarios homines. ut eos diffament et de eis
loquantur. sed dum indigent auxilio eorum. et dum sine eis ui
uere non possunt. ut pote qui nichil laborant. tunc quasi exi
gunt ut eos notos faciant. dum ipsi eis innotescunt. Et hoc quod
dicit rachelem dixisse ad lyam. Da michi de mandragoris filii tui.
Et quia concepit inactiuam uitam detinet. aliquando tales
in ocio. qui idonei essent in administrandis actiue uite officiis.
Ideo lya respondisse fertur sorori. Parum tibi uidetur. quod preripue
ris michi maritum. nisi etiam ex mandragoris filii mei tule
ris. quod parum quidem homines ad laborem regendarum rerum
idoneos. in ocio detines. Unde potius claret te incurrere
uituperationem et infamiam. quam bonam. Tradidit rachel
lye uirum suum. significat contemplatiuam uitam ducentes.
aliquando debere transire ad actiuam uitam pro communi uti

litate. ne contemplacio eorum blasphemetur. et ocio uocetur. sed
pocius ut bonam famam. quam mandragorica poma signi
ficant. adquirant. et ad imitacionem sui. odore bone conuer
sationis alios accendant. Sed plane ut hanc curam suscipiant.
ui coguntur. Et hoc quidem pulchre significat in hoc. quod iacob
uenienti de agro. occurrit lya. eumque detinens ait. Ad
me intrabis. conduxi enim te per mandragoris filii mei. Tan
quam diceret. Contemplatiue uite quam diligis. uis conferre
bonam opinionem. noli fugere officiosum laborem. Huius
modi prelati. caute dispensantes. mysterium dei generant il
li spirituales filios in nocte. huius seculi. laudaturi ab apostolo. etiam
illa uita cuius amore seculum relinquerant. et ex cuius perfectio
ne ad regendum populum assumpti sunt. Et ita transeunt man
dragore lye. in rachelis officium. et maritus rachelis in lye
desiderium. Concepitque lya filium quintum et ait. Dedit deus
mercedem mihi. quia dedi ancillam uiro meo. Appellauitque nomen
eius ysachar. Isachar enim interpretatur merces. quia per mandragoro
ris filii sui habuit eum lya. Rursum lya concipiens. peperit
sextum filium et ait. Ditauit me deus dota bona. etiam hac
uice mecum erit maritus meus. eo quod genuerim ei sex filios.
Et idcirco. appellauit nomen eius zabulon. quod interpretatur
habitaculum.

Filii lye sunt isti. Primus ruben. q interpretatur uisionis F
filius. qa cum quis primum incipit uidere se ipsum. huiusmodi q uisus S
erit actiue primogenitus. Secundus symeon. q interpretatur exau
ditio. quia dignum est. post quam homo filium uisionis genu
erit. id est. post quam se ipsum respexerit. tam diu insistet T
orationi. donec mereatur exaudiri. Tercius leui. id est assump
tus uel copulatus. qa dignum est. ut postquam fidelis anima
deo fuerit copulata. inseparabiliter a deo exaudiatur. Quar
tus iudas. q interpretatur confessio. id est laudatio. qa dignum
est. ut postquam fidelis anima deo fuerit copulata. semper lau
dibus eius sit dedita. Quintus gad. quamuis natus de
zelpha q interpretatur accinctus. qa dignum est. ut ita sit.
unusquisque diuinis laudibus deditus. ut contra uiam aduer
sam omni tempore sit paratus. Sextus aser. similiter filius S
zelphe qui interpretatur beatus. uel beatitudo. qa hoc de
bet unusquisque scire. quod si contra aduersa accinctus fuerit. ad
illam beatitudinem ueniet. de qua dicit dominus. Beati qui persecu
tionem paciuntur propter iusticiam. Septimus isachar. id est S
merces. ut potest. quem habuit per mandagoris filii sui. q
septimus mercedem sonans. ideo ponitur. qa si quis cuncta
salutis sue aduersa superauerit. eciam in hoc mundo qui

septē dieb9 transit humanā generationē. & aliorum imitacione.
quasi p mercede habebit. O ctauus zabulon. id est
habitaculum. quia si quis hos spāles filios. scdm huius natiuitatis
ordinē genuerit. p cul dubio ibi habitabit. ubi habitabit
octaua die. id est post finē mundi. qui septē dieb9 transit.
Unde lya. id ipm zabulon. dotē uocauit. Dotauit inquid
me ds dote bona. etiam hac uice. significat lyam uicem
se accepisse. Accepit quidem dotem. scilicet dum uix inmun
do. bene opandi uirtutē. s; quia illa disposuit instire. non
dic bonam dotem fuisse. quamuis tunc uideretur sibi
sufficere. Nato aut octauo filio. dic se dotatam bona
dote. ut pote ppetua pmanente. P arit etiam contem
platiua uita filios. pmogenitus ē ioseph. qui interpretatur
additus. significat qd contemplatiuā uitam ducentes. ad
hoc qd eis in euglīis pcipitur. addunt aliquid ut plus faci
ant. in hac psenti uita. quam eis pcipiatur. uirginita
tē enī custodiunt. de qua n habent pceptum. Ut hoc
additamito dic. de uulnerato spāli stabulario. Curā
illius habe. & si quid sup irrogaueris. ego cū rediero reddā
tibi. Scds aut filius beniamin. qui interpretatur filius dextre.
Quia finito labore uite psentis. quod restat scis. n addex

tis locari. Beniamin autem non in mesopotamia est natus. sed postquam
iacob ad patrem suum est reuersus. Notandum est autem.
quod intencio iacob fuit pro rachel seruire septem annis. quia
intencio omnium fidelium est omni tempore plenius uite quod sep
tem diebus uoluit diuine contemplacioni inherere. sed laban
id est delectatio mundi impedit intentionem humane men
tis. que retrahit nos ad actiuam. contrariam contemplacionis. sic
laban intentionem iacob impediuit. Quam uis enim iacob.
supposita sibi lya. septem annis laban seruierit. tamen
non fuit uoluntatis sue pro lya septem annis seruire. sed laban
eum cogit. ut mixtus lye seruiret septem annis. In quibus no
tandum est. quia siue contemplatiuam siue actiuam uitam duca
mus. oportet in eis nos perseuerare. que in mundo quasi apud
laban multa pati. quam diu uiuimus. In mundo enim ad
uersa a nobis tolerare. hoc est apud laban seruire. His
autem duabus uxoribus ductis. seruiuit adhuc iacob apud
laban sex annis. pro uariis pecoribus et maculosis. quia assump
tis ad fidem. tempore primitiue ecclesie. actiuam et contempla
